FORMVLARIVM

FRATRIS FRANCISCI BORDONI.

Digitized by Google

FORMVLARIVM

Licentiarum, obedientiarum, & litera-
rum patentium ad diuerſa,

Quæ à Prælatis Regularibus ſolent expediri, Cum Bullis legendis in Capitulis.

AVTHORE

F. FRANCISCO BORDONO

Parmenſi religionis Tertij Ordinis S. Franciſci.

Tertia editio cum Additionibus.



PARMÆ, Typis Marij Vignæ. 1664.

Superiorum Conſenſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO PATRI F.
ANNIBALI PIVCELO
ROMANO
S. THEOLOGIÆ DOCTORI,
TERTII ORDINIS S. FRANCISCI
REGVLARIS OBSERVANTIÆ
GENERALI VIGILANTISSIMO.

ANnibal Cartaginenſis à patre Amilcaris nomine quamuis impuber iureiurando fertur adſtrictus, vt cum primum per ætatem liceret, arma contra hoſtes ſumeret, vir effectus paternæ paruit voluntati, miles euaſit ſtrenuus, & de multis egregios victoriæ triumphos reportauit.

Tu R. P. Annibal es non Cartaginenſis, ſed Romanus longe glorioſior illo, miles non mundi, ſed Chriſti Saluatoris noſtri, qui ab ineunte ætate à parentibus pietatis operibus intentis, eccleſiaſticæ militiæ ornamentum oblatus nomen dediſti in Religione Tertij Ordinis S. Franciſci, in qua vitæ religioſæ nobile tyrocinium poſuiſti, quo talem Te demonſtraſti futurum, qualem temporis progreſſu in virtutum aquiſitione Philoſophicarum, & Theologicarum, cum magno labore, & ſtudio perſonam tuam decoraſti; in curſu ſtudiorum literarium bellum ſæpe aggreſſus fuiſti, hoſtes profligaſti, viciſti, non percutiendo, nec occidendo aduerſari-

os,

os, ſed firmis rationibus, & efficacibus argumentis, quæ ſunt arma veritatis, & iuſtitiæ, Tibi reconciliaſti commilitones in eodem exercitu, illos tuæ ſubijciendo ſententiæ.

Dux effectus militiæ literariæ ſacra coronatus laurea, otio, quod ſemper abhorruiſti, non deditus, vitam in exercitijs ſpiritualibus pro ſalute fidelium vtiliter traduxiſti; tum in audiendis fidelium confeſſionibus, quibus magnum attuliſti pro ánimabus profectum ſpiritualem; tum in frequentia euangelicarum concionum, & ſanctorum colloquiorum erudiendo multos Catolicis inſtitutionibus.

Tandem varijs officijs etiam maioribus irreprehenſibiliter, & egregie perſunctum Alexander VII. Pontifex Maximus feliciter regnans tuos labores honorificos extollere volens, reddendo eis æquale præmium in religione, in qua maius recipi non poteſt, motu proprio perſonam tuam die 11. Septembris 1658. creauit in Miniſtrum Generalem eiuſdem Tertij Ordinis S. Franciſci, in quo prudens vigilans, & diligens proſequeris vti Dux ſtrenuus ſingulos Christi milites in officio continens religioſæ vitæ, omnibus affabilis, benignus, & humanus temperando rigorem correctionis cum miſericordia, vt iuſtitia, & pax ſe inuicem oſculari poſſint incremento regularis obſeruantiæ.

Tot virtutibus, meritis, & honoribus reſplendentis ad humanitatem P.T.R. humilis filius, & ſubditus recurro, libellum hunc, & me ipſum offerendo Tibi, vt patrocinium vtriuſq; agas, defendas, & protegas hilari fronte, vt ſemper exhibere ſoles tuam liberalitatem omnibus, me Tibi in obſequium dedico perpetuum. Parmæ 15. Martij.

P. T. Reuer.

Obſequentiſſimus Subditus

F. Alphonſus Braibantus Parmenſis.

PRÆLVDIVM.

Commune omnibus Formulis.

QVatuor in qualibet Formula ſunt de neceſſitate exprimenda, Inſcriptio, Diſpoſitio, Data, & Subſcriptio. Singulæ ſunt explicandæ.

Inſcriptio continet nomen, cognomen, & patriam concedentis licentiam, & præterea nomen Religionis, & officij, in quo potiſſimum conſiſtit poteſtas, à qua vires habet conceſſio, & quia alia eſt ordinaria, alia eſt delegata, ea exprimenda eſt, virtute cuius dantur literæ patentes, in quibus inſerenda eſt delegatio, ſi opus eſt, vt in cauſis tum ciuilibus, tum c i ninalibus, ſimilibus verbis.

Nos F. N. N. N. Tertij Ordinis S. Franciſci Regularis Obſeruantiæ Generalis, Prouincialis, Prior. Dilecto nobis in Chriſto N. N. eiusdem noſtri Ordinis N. N. exprimendo nomen ſui gradus, &c. concludendo inſcriptionem. *Salutem in Domino.* Si à licentiato literæ alicui ſint monſtrandæ terminentur his verbis. *Præſentes inſpecturis ſalutem in Domino.* Inſcriptio igitur continet nomen tam concedentis, quam eius, cui fit conceſſio cum expreſſione qualitatis officij, & aliarum circunſtantiarum, quæ faciunt ad rem, non vero ſunt exprimenda, quæ

non influunt in conceſſionem, vnde e. g. non licet exprimere, quod concedens ſit Examinator Synodalis, vel Conſultor S. Officij, quia hi gradus non influunt in conceſſionem.

Diſpoſitio exprimit id, quod conceditur ſubdito, vel alteri, cum expreſſione cauſæ, & meritorum, per quæ mouetur concedens ad conceſſionem dandam.

Data continet locum, & tempus diei, menſis, & anni, quibus literæ patentes conceſſæ fuerunt. Hoc modo. Datum Parmæ in Conuentu S. N. N. die N. menſis N. anni N.

Subſcriptio habet nomen, & cognomen cum expreſſione officij, à quo dependet valor licentia cum ſigilli impreſſione hoc modo.

F. N. N. Generalis. Præpoſitus Generalis. Guardianus, &c.

FOR-

FORMVLA I.

PROVINCIALIS TITVLARIS.

NOS F. Annibal Piuzelus Romanus S. T. D. Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia Regularis Obſeruantiæ Generalis.

Ad perpetuam rei memoriam, hominum geſta, litteris, traditionibus, & alijs inſignibus ornamentis commendantur, vt illorum memoria in honore apud omnes habeatur, quod eſt ſignum immortalitatis eorum, & viuum argumentum gratitudinis minorum erga maiores. Nos præ cæteris aliorum veſtigia ſequentes, Parentum noſtrorum, qui Religionem ferè ab incunabulis erexerunt, & propagauerunt in quampluribus Conuentibus, & Prouinciis, quorum plerique iniuria temporum, hoſtium incurſione, & alienorum vſurpatione, in noſtris bonis etiam Prouinciæ integræ non extant, memoriam excitare ſemper deſiderauimus. Propterea à Sanctiſſimo Pontifice Innocentio X. benigne obtentum exequimur priuilegium decorandi maiores noſtros in minoribus, parentes in filiis, vt horum exaltatione illorum memoria reuiuiſcat. Hinc eſt, quod Nos hac prima vice prælibatum priuilegium, nimirum inſtituendi Prouinciales

Titulares ſubſequentes immediatè Prouinciales Iuriſditionàles executioni demandare cupientes, harum litterarum ſeriè Te ſupradictum admodum Reuer. Patrem Fratrem N. N. cuius vitæ integritas, & boni mores Nobis nota ſunt, de Religione benemeritum, eligimus, inſtituimus, & creamus ad triennium duntaxat, Prouincialem Titularem noſtræ Prouinciæ Patrimonii S. Petri, & pro tali Te declaramus, & confirmamus, tibi concedentes omnia, & ſingula priuilegia, gratias, & honores, voces, indulta, exemptiones, & præcedentias in hac Prouincia N. N. tibi Natiua, quibus Prouinciales Titulares Patrum Conuentualium Minorum Sancti Franciſci ad cap. 8. Regulæ tit. 21. fruuntur, & gaudent, ad formam ſupradicti Priuilegii Innocentii X. inſerti in noſtris nouis Conſtitutionibus. Præcipientes omnibus, & ſingulis noſtris ſubditis, vt Te pro tali habeant, honorent, & reuereantur.

Datum, &c.

FORMVLA II.

Recipiendi ad religionem, & in eius filium cupientem ingredi.

NOtum ſit omnibus præſentes literas inſpecturis, qualiter comparuit coram nobis infra-

ſub-

ſubſcriptis Priore, & Fratribus de familia in conuentu S. N. religionis noſtræ Tertii Ordinis S. Patris Franciſci, N. N. ætatis ſuæ annorum N. ex N. N. & N. N. iugalibus filius legitime natus, cupiens noſtram religionem ingredi in ordine clericorum, & ideo informationibus receptis de vita, & moribus ab iis, qui illum cognoſcunt, coram fere omnibus Fratribus examinatus de requiſitis ad ingreſſum præſertim quo ad literas, & Grammaticam, inuentus fuit habere requiſita, atq; adeo ab omnibus approbatus fuit idoneus ad ingreſſum religionis pro ſtatu clericali, & pro tali receptus fuit vnanimiter ab omnibus etiam in filium huius conuentus, prout per præſentes approbamus, & recipimus prædictum Ioannem Pizzanum, cum promiſſione tranſmittendi illum quamprimum ad locum nouitiatus de licentia P. Prouincialis. In quorum fidem præſentes literas in prædicto noſtro conuentu datas omnes ſubſcripſimus die 27. Auguſti, anno 1641.

FORMVLA III.

Petendi licentiam à Prouinciali tranſmittendi receptum ad Nouitiatum.

ADmodum Reuerende Pater Prouincialis. Quoniam ex noſtris conſtitutionibus nullus

 nouitius

nouitius introduci poteſt ad locum nouitiatus, neq; habitu religionis veſtiri ſine ſpeciali licentia maiorum, idcircò à P.T. admodum Reuerenda gratiam petimus, vt dignetur nobis concedere licentiam tranſmittendi ad nouitiatum N.N. quem acceptauimus ad religionem, & in filium huius conuentus, vt conſtat ex literis à nobis tranſmiſſis, & incluſis in præſentibus.

FORMVLA IV.

Continens licentiam veſtiendi Nouitium ad habitum probationis.

ADmodum R. P. Prior noſtri Conuentus Caritatis Bononiæ ſalutem. In gratiam admodum Reuer. Patris N.N. Prioris Conuentus N.& Fratrum eius familiæ indues habitu nouitiorum in numero clericorum N. N. & ſtatim introduces in nouitiatum iuxta conſtitutiones Clementis VIII. & noſtri ordinis ſtatuta, quia nobis conſtat ex informatione authentica præclibati Prioris, dictum iuuenem habere requiſita ad ingreſſum in noſtram religionem. Datum, &c.

FOR-

FORMVLA V.

Scribendi Nouitios indutos in particulari libro.

IAcobus Baratus Parmen, ex nunc q. Paulo, & Lucia de Berneriis iugalibus, clericus aptus ad nouitiatum, filius conuentus Parmæ deinceps nominandus F. Andreas indutus fuit habitu probationis noſtræ religionis Tertii Ordinis S. Franciſci ab admodum Reu. Patre Ftatre N.N. ad altare maius eiusdem eccleſiæ multis præſentibus, tam religioſis, quam ſecularibus poſt veſperas hac die tertia menſis Auguſti anno milleſimo, ſexcenteſimo quadrageſimo quarto, & ſtatim fuit introductus in nouitiatum per ſuum magiſtrum ſibi conſignatum à ſuperiore ſupradicto. Ita eſt ego F. Antonius N. N. ex ordine patris Prioris ſcripſi, & ſubſcripſi.

FORMVLA VI.

Conſcribendi profeſſionem cuiuslibet Nouitij.

F. Andreas Baratus Parmenſis, ex nunc q. Paulo, & Lucia de Berneriis iugalibus in ſeculo nuncupatus Iacobus anno probationis legitime peracto, & in debita ætate conſtitutus petens de more admitti ad profeſſionem in hac noſtra reli-

gione Tertii Ordinis S. Franciſci à me infraſcripto Priore, & conuentu ſimul ad hunc effectum congregatis in Refectorio, præuio conſilio, & matura deliberatione vnanimi conſenſu iudicatus fuit idoneus ad profitendum, & acceptatus, ad eam fuit admiſſus, ſponte promiſit, libere vouit ſolemniter,& ſciens,quod facit,& facturus eſt, quia de omnibus ſæpius in anno probationis admonitus fuit, alta voce legit profeſſionem in manibus mei infraſcripti Prioris ante altare maius huius conuentus S. Mariæ Caritatis Bonon. poſt miſſam ſolemnem hac die quarta Auguſti, milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo quinto, præſentibus tum Fratribus, tum laicis, & duobus infraſcriptis teſtibus ad id vocatis.

Profeſſus vtatur his verbis in ſubſcribendo ſuæ profeſſioni. *Ego Frater Andreas Baratus fateor, me ſponte, & libere feciſſe meam profeſſionem à nullo coactus, bene ſciendo quid Deo promiſerim.* Subſcriptio eius qui recepit ad profeſſionem ſit hæc. *Ego F. N. N. Prior huius conuentus recepi profeſſionem F. Andreæ Barati ſupradicti.* Teſtes ita ſubſcribant. *Ego N. N. vt teſtis interfui, dum F. Andreas ſupradictus fecit ſuam profeſſionem vocatus ad eam audiendam.*

FOR-

FORMVLA VII.

Extrahendi Profeſſionem, quando opus erit.

Reperitur in libro Profesſionum, in quo deſcribuntur ingreſſus, & profeſſiones ſingulorum nouitiorum conuentus N. N. regiſtrata profeſſio F. Andreæ Barati expreſſa ſequentibus verbis F. Andreas, &c.

Nota quod ad ſuperiorem conuentus ſpectat eam extrahere, aut ſaltem extractam de verbo ad verbum ſubſcribere, & ſigillare ſimilibus verbis. Ego F. N. N. Prior ſupradicti conuentus fideliter extrahere feci ſupraſcriptam profeſſionem, & in fidem me ſubſcripſi, appoſito ſigillo eiuſdem monaſterii hac die N.

FORMVLA VIII.

Licentiandi clericos ad ordines Minores.

Tibi dilecto nobis in Chriſto filio F. N. N. eiuſdem noſtri ordinis clerico profeſſo, nullo canonico impedimento ad primam Tonſuram, & quatuor Ordines Minores recipiendos irretito, ſed vita, moribus, & ſufficienti ſcientia ad dictos ordines ornato, & prædito, vt ab examinatoribus nobis fideliter edocti fuimus, licentiam in his no-

ſtris litteris dimiſſorialibus damus recipiendi primam Tonſuram, & Ordines Minores ab N.N. Archiepiſcopo Mediolani, in cuius Ciuitate in noſtro conuentu S. Mariæ Paradiſi de familia habitas; quod ſi abfuerit, vel ordinationes non erit habiturus, eadem facultate promoueri valeas ad ſupradictos ordines, & Tonſuram à quocumq; alio Epiſcopo; rogantes eum, qui te ordinaturus eſt, vt ſuper interſtitiis dictorum ordinum, ſi opus eſt, diſpenſare tecum dignetur, indiget enim noſtra religio ſimilibus miniſtris, de quibus omnibus, & ſingulis fidem facimus. Datum in conuentu noſtro, &c.

FORMVLA IX

Licentiandi ad Ordines Maiores.

Tibi dilecto nobis in Chriſto Fratri Ludouico Baiſtrocho Clerico profeſſo eiuſdem Ordinis de familia in noſtro Conuentu Sanctæ Mariæ Quarterii *P*armæ, quatuor Ordinibus minoribus, & Subdiaconatu, & Diaconatu inſignito, cuius idoneitas, probitas, ſcientia ad Sacrum *P*ræſbiteratus Ordinem nobis nota eſt, facultate Apoſtolica ſuper ætate diſpenſato, vt apparet ex annexis, licentiam concedimus recipiendi Sacrum eiuſdem *P*ræſbiteratus Ordinem ab Illuſtriſs. & Reuerendiſs.

rendiſs. D.D. Epiſcopo Burgi S. Donnini, cum noſter Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D.D. Epiſcopus non ſit habiturus Ordinationes.

Datum, &c.

Nota, quod in dimiſſorijs ad ordines maiores exprimendum eſt nomen, quod ordinandus habebat in ſeculo, ut officiales epiſcopi conferendo nomen hoc cum fide baptiſmali certi eſſe poſſint, religioſum eſſe eumdem, de quo ſub alio nomine fit mentio in fide baptiſmali. Quando conuentus eſt extra ciuitatem epiſcopi in diœceſi, mutatur clauſula. In cuius ciuitate, *& dicitur.* In cuius diœceſi. *Quando epiſcopus eſt Cardinalis additur:* Eminentiſſimo, *Addenda eſt ſemper illa clauſula diſpenſationis:* Rogantes eum, &c. *Quia cum ſit conditionalis nichil ponit in eſſe, nec aliquid operatur, niſi quando ordinandus indiget diſpenſatione; caueat autem Prouincialis, aut Generalis ne dicant, ſe ordinandum diſpenſaſſe, quia non poſſunt, id enim munus eſt ordinatoris acceſſorium ordinationi.*

FORMVLA X.

Transferendi Fratrem de uno conuentu ad alium.

TEnore præſentium literarum F. Paulum N. de Colleſcipione noſtri ordinis profeſſum lai-

cum abſoluentes ab obedientia admodum Reuer. patris Prioris dicti conuentus Colleſcipionis collocamus eumdem de familia in conuentu noſtro S. Antonij de Padua Aſſiſij, admodum Reuer. Priori in Domino commēdantes. Datum, &c.
Solent literæ aliquando expediri in tertia perſona, vt prælibata, vt plurimum in ſecunda perſona, ad quam diriguntur.

FORMVLA XI.

Peregrinandi cauſa deuotionis.

TEnore præſentium literarum facultatem facimus Reuer. Patri F. N. N. Sacerdoti profeſſo noſtræ Religionis Tertij Ordinis S. Franciſci in conuentu N. habitanti de familia, peregrinandi ad Sanctam Domũ Lauretanã cauſa deuotionis, quibus expeditis, ſtatim regredietur ad eumdem conuentum, omnibus præſentes literas inſpecturis in Domino commendantes. Datum, &c.

FORMVLA XII.

Inſtituendi Lectorem.

NOs attendentes, quod duo ſunt, quibus vnaquæque Religio propagatur, & illuſtratur, re-

reformatio ſcilicet morum, & literarum ſtudium, illa ædificatur animus, hoc mens ſublimatur; propterea cupientes eamdem in noſtro Ordine conſeruari, & augeri, virtute harum literarum Te Patrem Fratrem N. de cuius bonis moribus vitæ integritate, ſcientia, & requiſitis ad gradum Lectoris (vt infra) certificati fuimus, nominamus, Inſtituimus, & creamus Lectorem N. in noſtro Conuentu S. N. cum poteſtate legendi illam noſtris Religioſis, ac etiam alijs extraneis volentibus Tui eſſe auditoribus, præcipiendo reſpectiuè omnibus Scholaribus, vt Tibi obedientiam, reuerentiam, & obſequium præſtent, præcipuè in ijs, quæ ſpectant ad ſtudium, communicantes Tibi omnia priuilegia; & iura, quibus de iure conſtitutionum, & conſuetudinis fruuntur, & gaudent alij Lectores. Datum, &c.

Nota quod libet ſubijcere licentiam, quam Sanctus Pater Franciſcus dedit D. Antonio de Padua relatam à F. Henrico VVuslot Belga in ſuo libello inſcripto. Athenæ Ortodoxorum Sodalitij Franciſcani; eſt autem quæ ſequitur.

Cariſſimo F. Antonio F. Franciſcus ſalutem.

Placet mihi, vt Fratribus Sacras Theologiæ literas interpreteris, ita tamen, vt nec in te, nec in cæteris extinguatur ſanctæ orationis ſpiritus, iuxta Regulam, quam profitemur.

 FOR-

FORMVLA XIII.

Creandi Magiſtrum, & Doctorem in Theologia.

ET ſi omnes corporis commoditatibus poſtpoſitis laborantes pro aquirendis ſcientijs, dignis honoribus, & certis præmijs cohoneſtandi ſunt, illi tamen præcipue, qui in ſacra Theologia omnium ſcientiarum regina, cuius ſubiectum finis, & author eſt ipſemet Deus, multum profecerunt, nō tam ſibi, quam alijs, eosdē docēdo, erudiendo, quique poſt ſe diſcipulos reliquerunt doctos, decorandi ſunt, ad quod agendum in perſona tua excitant nos continua exercitia, & labores indeficientes, quibus indefeſſus aſſidue didiciſti, & multa cum diligentia; & caritate plures noſtri ordinis religioſos imbuiſti, & docuiſti tam in Philoſophicis, quam in Theologicis, relictis etiam poſt te Lectoribus ad docendum alios aptis; ad Te igitur admodum reuerende Pater verba noſtra cum effectu conuertentes, de cuius vitæ integritate, bonis moribus, & cæteris requiſitis conditionibus ad lauream ſacri Doctoratus munitum, pro comperto authenticis documentis habentes, de Lectore Magiſtrum in theologia authoritate Capituli Generalis nominamus, inſtituimus, & creamus, atq; nominatum, inſtitutum, &

creatum

creatum à nobis, dicimus, & declaramus, tenore harum literarum, cum facultate legendi, explicandi, gloſandi, & interpretandi Sacram Scripturam, iuxta ſanctorum Patrum doctrinam, & eamdem docendi tam priuate, quam publice, communicantes tibi omnia iura, priuilegia, præcedentias, honores, & prærogatiuas ampliori modo, quas, & quæ noſtra religio concedit quibuſcumque Lectoribus, Magiſtris, Doctoribus, ſiue intra, ſiue extra ordinem gradibus cumulatis, præcipiendo omnibus, & ſingulis noſtri ordinis religioſis cuiuſuis gradus, & conditionis, honoris, & officij, vt te honorent, & Magiſtrum, ac doctorem in ſacra Theologia appellent. Non obſtantibus quibuſcumq; quæ obſtare potuiſſent, quibus omnibus per præſentes derogamus. Datum.

Nota; quod Generalis præmiſſis omnibus requiſitis poterit vti ſequenti forma in creatione Magiſtrorum.

Nos F. M. Annibal, &c. authoritate ſedis Apoſtolicæ ſecundum noſtras conſtitutiones Te patrem Fratrem N. N. in Theologia Lectorem, inſtituimus, creamus, & facimus Magiſtrum, & Doctorem in ſacra Theologia, cum facultate explicandi, gloſandi, & interprætandi Sacram Scripturam iuxta ſacros canones, & ſanctorum patrum doctrinam, atq. eamdem legendi tam publice, quam priuate quibuſcumq. Chriſti fidelibus. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FORMVLA XIV.

Licentiandi extra cupientes Lauream Doctoris.

CVpientes ex animo, vt honoribus decorentur, qui tempus ſuæ iuuentutis in ſtudiis humanarum, & diuinarum ſcientiarum ſtudioſe, & cum fructu laborum ſuorum expenderunt etiam alios docendo, quomobrem Tibi prædicto patri fratri N.N. Lectori, de cuius vitæ integritate, probis moribus, debita ſcientia, & requiſitis conditionibus ad gradũ Doctoratus informati fuimus per publica documenta, tenore harum literarum licentiam concedimus, vt ad lauream doctoratus N. promoueri poſſis, & te, poſtquam hunc gradum aſſequutus fueris à quocumque ad id facultatem habente, nunc, prò tunc connumeramus inter Doctores, & Magiſtros ordinis noſtri cum iis omnibus priuilegiis, & iuribus, quibus ſimiles Magiſtri, & Doctores apud nos iuxta conſtitutiones potiri, & gaudere ſolent. Datum, &c.

FOR-

FORMVLA XV.

Licentiandi Magiſtrum, vt aggregetur alicui collegio.

CVm in Religionibus pleriſque vſus inoleuerit laudabilis aggregandi Doctores, & Magiſtros in Theologia Collegijs vniuerſitatum, à quo vſu noſtra non eſt aliena, id quod mutui honoris, & beneuolentiæ inter vtrumq; ſignum eſt, vt alterum alteri ſit in ſubſidium. Deſiderium huiuſmodi aggregationis in perſona tua laudantes, & approbantes, vt illud exequutioni demandare valeas tenore præſentium Tibi admodum reuerende pater frater N. N. in Theologia Magiſter licentiam indulgemus, vt aggregari, & Collegiari poſſis collegio Dominorum Theologorum Vniuerſitatis N. N. cum facultate gaudendi, & potiendi priuilegijs, fauoribus, & gratijs, quibus ſolent gaudere, & potiri Magiſtri, & Doctores alij eidem Collegio aggregati, dummodo Regulæ noſtræ, & Statutis non aduerſentur, & omnibus nobis ſubiectis religioſis mandamus per ipſos non obſtari huic noſtræ gratiæ, & priuilegio tibi conceſſis. Datum &c.

FORMVLA XVI.

Creandi, & instituendi Baccalaureum

VIrtutis præmium eſt honor, iactus eruditione pleniùs præſeferunt ad honorificos gradus, cuilibet enim operi, maxime virtutis debetur merces honoris, quibus nos excitati erga perſonam tuam, quam nobis, ex certa ſcientia conſtat eſſe in ſcientijs ſpeculatiuis tum Philoſophiæ, tum Theologiæ egregie verſatum, honoribus debitis cohoneſtare intendentes præſentibus literis Te reuerendum patrem fratrem N. N. inſtituimus, creamus, & nominamus Baccalaureum in ſcientijs N. Teque inſtitutum, creatum, & nominatum dicimus, & declaramus, cum honoribus, & exemptionibus, quibus alij Baccalaurei huius gradus gaudere, & potiri ſolent, præcipientes omnibus, & ſingulis religioſis nobis ſubiectis, vt Te pro tali recognoſcant, nominent, ac reuereantur. Datum, &c.

FORMVLA XVII.

Creandi, & inſtituendi Regentem.

ORdinis natura, & conditio, per quam dicitur diſpoſitio ſuperiorum, & inferiorum ad vnum caput, ad quod demum omnia ſub ordine referuntur, Nos excitat ad deputandum Regentem in noſtro connentu N. in quo ſtudia liberalium tum Philoſophiæ, tum Theologiæ. & aliarũ ſcientiarum, Domino benedicente, fæliciter propagantur, vt ad illum tamquam ad caput, & ducem ſtudij, tam ſcholares, quam Lectores referantur in ijs, quæ ſtudium reſpiciunt. Nos igitur cum effectu cupientes ex debito officij prouidere huic ſtudio, tenore preſentium Te admodum reuerendum patrem fratrem N.N. in ſacra Theologia Magiſtrum, cuius anteacta vita ſemper laudabilis fuit, & nobis nota etiam ſufficientia ad id munus obeundum, creamus, & inſtituimus Regentem, atq; creatum, & inſtitutum nominamus, & declaramus, in ſupradicto noſtro conuentu cum facultate regendi, legendi, aſſiſtendi, gubernandi, & moderandi ſtudium, ſtudentes, & Lectores iuxta ſtatuta, & conſtitutiones ordinis noſtri, mandantes omnibus nobis ſubiectis etiam ſupe-

ſuperioribus præfati conuentus, vt Te pro tali recognoſcant, ac teneant, neque in aliquo tuo muneri contradicant; committentes curæ tuæ, regimini, & obedientiæ in ijs, quæ ſtudium concernunt, Lectores, & Scholares, etiam quo ad vim coactiuam; communicantes Tibi omnia priuilegia, fauores, exemptiones quibus frui ſolent alij Regentes. Datum &c.

Nota, hæc formula inſeruit tantum pro veris Regentibus qui debent deputari ſolum in illis conuentibus, in quibus eſt formale ſtudium plurium Lectorum, dicitur enim Regens quia regit, & regimen habet Lectorum, & Studentium, & omnibus aſſiſtit, vbi plures non ſunt Lectores Regens abutitur nomine.

FORMVLA XVIII.

Confeſſariorum pro audiendis Fratribus.

DIlecto nobis in Chriſto filio, patri fratri Thomæ N. N. eiuſdem noſtri ordinis ſacerdoti profeſſo in conuentu N. N. de familia collocato, de cuius bonis moribus, & ſcientia ad munus audiendi confeſſiones religioſorum noſtri ordinis per noſtros examinatores informati fuimus, harum ſerie Tibi licentiam concedimus audiendi confeſſiones noſtrorum Fratrum ad Te acceden-

dentium, exceptis Nouitiis; admonendo Te, ne vllatenus audeas abſoluere a reſeruatis. Datum &c.

Nota, quod hac licentia limitari poteſt, vt ſolum audiat in proprio conuentu de familia, & etiam extraneos, quod fieri deberet a Prouinciali reſpectu ſacerdotum nouorum, aut debilium, imo & ad tempus, vt per hoc excitarentur ad ſtudium. Licentia abſq; limitatione temporis perpetuo durat, donec reuocetur.

FORMVLA XIX.

Confeſſariorum pro audiendis ſecularib⁹.

Dilecto nobis in Chriſto filio, patri fratri N. N. eiuſdem noſtri ordinis ſacerdoti profeſſo, cuius vitę probitas, & ſcientię ſufficientia ad confeſſiones audiendas per noſtros examinatores nobis nota eſt, præſentibus literis Tibi facultatem facimus, vt pro examine ad confeſſiones vtriuſque ſexus Chriſti fidelium audiendas ab admodum Reuerendis patribus Prioribus huius Prouinciæ, apud quos ſub eorum obedientia de familia pro tempore habitabis præſentari valeas coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Epiſcopo pro tempore tuo Diæceſano, ſeruatis conſtitutionibus Apoſtolicis, & noſtri ordinis ſtatutis

de

de adminiſtratione Sacramenti Pænitentiæ. Datum &c.

Nota, quod hæc licentia limitari poteſt ſub vno Priore, quod maxime faciendum eſt reſpectu ſacerdotum nouorum, & debilium, neque enim congruum eſt, ſacerdotes huiuſmodi comparare cum veteranis. Caueant ſuperiores maiores, ne has licentias tranſmittant ſubditis, inſcijs Prioribus, id enim æquum non eſt, aduerſante praxi boni regiminis, & ſubordinationis ſuperiorum ad inuicem.

FORMVLA XX.

Præſentandi ſacerdotem ad curam animarum.

Dilecto nobis in Chriſto patri fratri N.N. eiuſdem noſtri ordinis ſacerdoti profeſſo, in conuentu S. Saluatoris Parochialis Cremonæ, cui cura animarum ſecularium annexa eſt, de familia collocato, ad quod ſpirituale munus exercendum cum nos Te idoneum eſſe per noſtros Examinatores certiores facti fuerimus, dictam animarum curam ſecularium, quantum ad nos ſpectat, tenore præſentium Tibi committimus, poſtquam cum ſuperioris tui localis dicti conuentus noſtri Cremonæ conſenſu præſentatus pro examine ad prædictam curam ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Epiſcopo Cremonenſi idoneus iudica-

dicatus fueris, & approbationem ad ſupradictum ſpirituale onus ſubeundum obtinueris, Te admonentes de aſſidua diligentia, & vigilantia, qua teneris in adminiſtratione ſacramentorum fidelibus curæ tuæ commiſſis quaſi illorum rationem redditurus. Datum, &c.

Similem formulam habes infra ſub num. 75.

FORMVLA XXI.

Prædicatorum in omnibus eccleſijs per Generalem.

FAuoribus, & priuilegiis proſequendi ſunt, qui de virtutibus benemeriti ſunt, & vt gradibus honorificis recognoſcantur, & vt alii ad ſtudia literarum præſertim proſalute animarum magis excitentur. Quare Reuer. patrem fratrem N. N. eiuſdem noſtri ordinis ſacerdotem profeſſum, & Lectorem &c. cuius anteacta vita mores, virtutes, & literarum exercitia, ex certa ſciẽtia noſtrorum Examinatorum nota ſunt, & requiſitis conditionibus ad gradum cõcionatoris, quo Te honorare intendimus non ignoramus eſſe munitum, harum ſerie Te prædictum Reuerendum patrem fratrem N. N. inſtituimus creamus, & honoramus gradu Prædicatoris per totam religionem, atque inſtitutum, & creatum nominamus, & declaramus, volumuſque ab omnibus nominari, & honorari,

ac

ac pro tali haberi, communicantes Tibi per præſentes priuilegia,fauores,& exemptiones,quibus decorantur alii Concionatores graduati in noſtra religione. Datum,&c.

FORMVLA XXII.

Prædicatorum mittendorum.

CVm regulares ſacerdotes dicantur, & ſint coadiutores Parochorum in ſpiritualibus exercitiis,officii noſtri munus poſtulat,vt religionis noſtræ ſacerdotes excitemus ad huiuſmodi ſpirituale onus ſubeundum, inter quos nouimus perſonam tuam, virum probum, idoneum,& aptum ad prædicandum Ieſu Chriſti Euangelium, ideo harum ſerie Tibi ſupradicto reuerendo patri fratri N. N. committimus officium Prædicationis in eccleſia N. N. quantum ad nos ſpectat, ſeruatis ſeruandis, præſentibus per totam octauam Paſchatis Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti proximæ venturæ valituris. Datum &c.

FORMVLA XXIII.

Licentia imprimendi libros.

EGo Frater N.N. Religionis ordinis S. Franciſci licentiam concedo Reuer. patri Fratri N. N. impri-

imprimendi liorum ab eo compoſitum inſcriptū N. pet Theologos noſtri ordinis ſpecialiter deputatos perlectum,& approbatum. Datum,&c.

FORMVLA XXIV.

Approbatio,ſeu cenſura librorum imprimendorum.

EGo infraſcriptus in ſacra Theologia Magiſter religionis *N.N.* ex ordine Reuerendiſſimi patris Generalis noſtri vidi inſcriptum opus *N.N.* compoſitum à *N.N.* diligenter illud conſideraui, & cum nil in eo contrarium fidei, bonis moribus, & noſtro ordini inuenerim, dignum impreſſione per præſentes iudicio. Datum &c.

FORMVLA XXV.

Licentia recipiendi legatum ad formam Decretorum de celebratione Miſſarum.

VEſtris literis ad nos tranſmiſſis, in quibus ſignificatis; quemdam veſtrum benefactorem nomine *N.* N. in ſuo vltimo teſtamento reliquiſſe vnā miſſam quotidianā in veſtra eccleſia, quodq; haberis ſacerdotes non obligatos, quibus huic oneri ſatisfacere poteritis, vt aſſeritis, aures benignas porrigentes Vobis licentiam concedimus ad

ad formam decretorum de celebratione Miſſarū recipiendi prælibatum onus prædictæ miſſæ quotidianę a dicto benefactore relictam veſtræ eccleſiæ; admonendo vos teneri implicare pecuniam pro ſalario annuo dandam ab hæredibus in vna proprietate bona, & idonea ad preſcriptum antedictorum decretorum de celebratione Miſſarum. Datum, &c.

FORMVLA XXVI.

Filiationis ſpiritualis pro ſecularibus.

QVilibet Chriſti fidelis ſibi benefacientibus benefacere debet, maxime religioſi, quos in operibus miſericordię præſertim ſpiritualibus cęteris excellere æquum eſt, & ſicut ſeculares religioſis temporalia ſubminiſtrant bona, ita regulares eiſdem ſuis benefactoribus ſpiritualia diſtribuere honeſtum eſt, qua caritatę, & ſanctorum communione nos excitati in Domino, authoritate officii noſtri ſummorum Pontificum priuilegiis munita, Tibi cum tuis ſuperius expreſſis bona ſpiritualia miſſarum, diuinorum officiorum, orationum, prędicationum, lectionum, ieiuniorum, abſtinentiarum, diſciplinarum, mortificationum, cęterorumq; exercitiorum ſpiritualium, quę in religione noſtra communiter fiũt, elargimur, & communica-

municamus iuxta tenorem apoſtolicorum priui-
legiorum, quæ Vobis profutura ſint in ſatisfactio-
nem veſtrorum peccatorum, & meritoria vitæ
æternæ, & eadem bona ſuperius expreſſa Dominus
noſter Ieſus Chriſtus intercedentibus beato
patre Franciſco, cum ſuis alumnis Sanctis Ludouico,
& Eliſabeth, regibus pro ſua benignitate, &
miſericordia vobis indulgere dignetur. Datũ,&c.

FORMVLA XXVII.

Electi Generalis.

NOuerint omnes, ad quos noſtras literas legere ſpectabit, qualiter in capitulo Generali celebrato in cõuentu N.N. ciuitatis N. religionis Tertij Ordinis S. Franciſci die N. menſis N. anno N. in quo præſedimus, & præfuimus legitime electus fuit in Generalem eiuſdem ordinis per totam Italiam, & adiacentes inſulas Reuerendiſſimus in Chriſto pater frater *N.* N. N. in Theologia Magiſter à nobis confirmatus, cum poteſtate ordinaria, & ampliſſima in vtroque foro, regendi, moderandi, & gubernandi omnes fratres, & religioſos tam ſubditos, quam ſuperiores quoſcumq; non ſolum profeſſos, ſed etiam nouitios, tertiarios, famulos, aut alios quoſcumq; commenſales actu, atq; eoſdem, quicumq; illi ſint, corrigendi, carcerandi,

randi, caſtigandi, & puniendi delinquentes, cenſurandi contumaces, eligendi, inſtituendi, prouidendi officiales iuxta ordinis exigentiam, atq; electos, inſtitutos, & prouiſos officiales, & ſuperiores legitima ſubſiſtente cauſa iudicialiter deponendi, & remouendi à ſuis officijs, & cætera faciendi, & peragendi ſpectantia ad ſuum officium iuxta Regulam, & conſtitutiones dicti ordinis, præcipientes omnibus, & ſingulis, vt eidem obedientiam, reuerentiam, & obſequium præſtent. Datum, &c.

FORMVLA XXVIII.

Literæ patentes electionis Prouincialis.

NOtum ſit omnibus, ad quos ſpectabit præſentes literas legere, qualiter in capitulo Prouinciali celebrato in conuentu noſtro N.N. die N. anno N. in quo præfuimus Præſidens, legitime electus fuit in Prouincialem huius Prouinciæ N. admodum Reuer. pater frater à nobis confirmatus cum poteſtate ordinaria regendi, & gubernandi hanc prouinciam tam in ſpiritualibus, quam in tẽporalibus, & in vtroq; foro, cum facultate eligendi, prouidendi, inſtituendi alios ſuperiores, & officiales in conuentibus ſuæ prouinciæ ad normam, & præſcriptum Regulæ, & conſtitutionum, bonos præmiando, & malos religioſos corrigendo, caſtigando,

gando, & puniendo etiam iudicialiter deponendo, & remouendo ab officijs ſuis indignos, & delinquentes ſeruato ordine iuris in criminalibus. Præcipientes omnibus Prioribus, alijſq; officialibus, religioſis cuiuſcunq; gradus, & conditionis, profeſſis, etiam hoſpitibus nouitijs, tertiariis, famulis, & alijs continue commenſalibus, vt in omnibus ad eius officium ſpectantibus obedientiam, reuerentiam, & obſequium præſtent. Datum, &c.

FORMVLA XXIX.

Literæ patentes electi Prioris.

NOuerint omnes, ad quos hæ noſtræ literæ teſtimoniales peruenerint, qualiter in capitulo noſtro Prouinciali celebrato in conuentu N. N. die menſis N. anno N. promotus fuit, & legitime electus in Priorem Conuentus N. N. admodum reuerendus pater frater N. N. atq; à Nobis confirmatus, vt apparet ex actibus illius capituli; cum ordinaria poteſtate in vtroq; foro tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus regendi fratres profeſſos, etiam hoſpites, nouitios, tertiarios, & alios continue commenſales, eligendo, inſtituendo, & deputando officiales, & eoſdem ab officijs ad nutum conceſſis remouendo ex cauſa, iuxta normā Regulæ, & conſtitutionum, & eoſdem delinquen-

tes

tes paternaliter corrigendo, & quatenus opus eſt, eoſdem contumaces carcerando, & inobedientes cenſurando, non tamen proceſſando; cum facultate adminiſtrandi bona dicti conuentus iuxta apoſtolica priuilegia, Regulam, & conſtitutiones ordinis; præcipientes omnibus, & ſingulis, vt eidem obedientiam, reuerentiam, & obſequium præſtent, Datum, &c.

Habes aliam breuiorem ſub num. 76.

FORMVLA XXX.

Litera Commiſſarij in locum Prouincialis mortui.

CVm dedeceat membra ſine capite remanere; quia putreſcunt, & inutilia fiunt, huic inconuenienti ex debito officij noſtri prouidere cupientes, audita morte, non ſine animi noſtri dolore, admodum reuerendi patris fratris quõdam N. *N.* prouincialis noſtræ prouinciæ N. tenore præſentium literarum creamus, inſtituimus, & nominamus, ac creatum, inſtitutum, & nominatum declaramus in pręmortui locum, & pręſidentem, ſeu commiſſarium ſupradictæ Prouinciæ admodum reuerendum patrem fratrem N. N. de cuius bonitate, prudentia, & vigilantia nobis virtutibus notis confidimus, cum eadem omnino poteſtate, &

facul-

facultate in vtroq; foro ſuper conuentus, Priores, officiales, ſubditos quoſcumq; eidem prouincię ſubiectos, qua gaudebat prouinctalis prędictus à ſeculo defunctus, dum viueret; in virtute S. Obedientiæ præcipiendo omnibus ſupradictis ſubditis, vt illi obedientiam, reuerentiam, & obſequium in omnibus ad ſuum officium ſpectantibus, præſtent. Datum, &c.

FORMVLA XXXI.

Litera Præſidentis in locum Prioris mortui.

CVm per mortem admodum reuerendi patris N. *N*. quondam Prioris noſtri conuentus N. *N*. remanſerit monaſterium ſuperiore viduatum, officium noſtrum poſtulat, vt eidem de ſuperiore prouideamus, qui illius, et Fratrum curam gerat, quare harum literarum vigore nominamus, et præficimus in eius locum admodum reuerendum patrem fratrem *N*. *N*. in Priotem, ſeu Præſidentem, cum eadem omnino poteſtate, quam prædeceſſor habebat defunctus, dum in officio viueret; in virtute Sanctæ obedientiæ precipientes omnibus in dicto conuentu de familia, aut alias exiſtentibus, vt eidem debitam obedientiam reuerentiam, et obſequium præſtent. Datum, etc.

FOR-

FORMVLA XXXII.

Litera Definitoris in locum mortui ſubſtituti.

INdecens, eſt corpus remanere ſine debito membrorum ſuorum obſequio, inter quę noſtri corporis Generalatus membrum collega connumerabatur olim admodum reuerendus pater frater *N. N.* nuper in Domino defunctus, ſuper cuius morte multum doluimus deſtituti eius officio, propterea alium in eius locum ſubſtituere oportet, vt nobis cum operari poſſit in beneficium reſpublicæ religioſæ; noſtris igitur inhærentes conſtitutionibus, virtute harum literarum in præmortui locum ſubſtituimus admodum reuerendum patrem fratrem N. N. de cuius bonis moribus, & prudentia nobis nota, in Domino confidimus, quem ſubſtitutum deputatum, & a nobis electum nominamus, & declaramus Definitorem Generalem noſtrum cum eadem poteſtate priuilegijs, & exemptionibus, quibus fruebatur prædictus defunctus, dum viueret in officio Definitoratus. Datum, &c.

Nota, quod ſi Prouincialis habet poteſtatem nominandi, & ſubſtituendi aliquem in Definitorem Prouincialem poteſt vti eadem formula mutatis verbis Genera-

ralatus, & Generalem, in Prouincialatus, & Prouincialem. Huiuſmodi autem literæ regiſtrandæ ſunt in libris Capitulorum Generalis, & Prouincialis, vt de huiuſmodi prouiſionibus conſtet.

FORMVLA XXXIII.

Literæ ſubrogati Secretarij Generalis, & diſcreti Prouincialis in præmortuos.

CVm vnus vix bene vnum adimplere valeat officium, partes admodum reuerendi patris fratris N.N. Secretarij noſtri nuper defuncti, cuius mors nos multum afflixit, agere non poſſumus neq; debemus, quia non decet, ideo nobis prouidentes de alio officiali, in eius locum per præſentes literas eligimus, & nominamus, & nobis aſſumimus in Secretarium Generalem admodum reuerendum patrem fratrem N.N. quem electum, & nominatum volumus, & declaramus cum eadem poteſtate, fauoribus, & exemptionibus quibus munitus erat prædictus in Domino defunctus, cum in hoc officio degeret.

FOR-

FORMVLA XXXIV.

Litera renuntiationis officij.

ADmodum reuerende pater Prouincialis. Ego frater N.N. Prior conuentus ſancti N. N. ſuæ iuriſditioni Prouincialatus ſubiectus animaduertens, me non poſſe vlterius proſequi in hoc officio, quia diuerſis, vt notum eſt, detineor infirmitatibus, ideo humiliter rogo P. T. admodum reuerendam, vt digneris acceptare cum effectu hanc renuntiationem mei officij ſupradicti Prioratus, cui per præſentes libere, & voluntarie, non vi neq; metu renuntiaui, & renuntio hac die N. menſis N. anno N. in hoc conuentu N.

Nota, quod renuntians debet ſupradictas literas ſubſcribere, ne poſtea pænitentia ductus neget literas. In poteſtate autem ſuperioris eſt acceptare renuntiationem, nichilominus quando clare conſtat de impotentia, & inſufficientia debet illam acceptare ſubſequenti Formula, omnia in libro Prouinciæ regiſtrando, immediate ſub prædicta Formula.

Ego F. N. Prouincialis N. in nomine Domini, & autoritate mei officij accepto renuntiationem michi factam à prædicto patre fratre N. nuper Priore, & eum abſoluo ab hoc officio hac die N. menſis N.

N. anni N. in conuentu N. præſentibus infraſcriptis Patribus teſtibus vocatis.

Nota, quod Prouincialis in prædictis omnibus debet habere præſentes duos religioſos in teſtes vocatos, quos faciat poſt ſe ſubſcribere renunciationem, & acceptationem, regiſtratis omnibus in libro, vt de illis authentice conſtet.

FORMVLA XXXV.

Litera Diſcreti Localis ad capitulum Prouinciale.

NOs infraſcripti Prior, & Fratres conuentus N. fidem facimus præſentes inſpecturis, qualiter legitime congregati in Refectorio, in quo noſtra negotia tractare ſolemus, hodie N. menſis N. anni N. canonice a nobis per vota ſecreta electus fuit in Diſcretum huius noſtri ſupradicti conuentus pater frater N. ad capitulum prouinciale proxime celebrandum mittendus, iuxta ordinis noſtri ſtatuta. In quorum fidem has ab omnibus nobis ſubſcriptas dedimus in ſupradicto conuentu die N. &c.

Nota autem, quod omnes debent ſubſcribere etiam illi, qui vocem non dederunt, ne reſiſtendo ſe detegant, quia ſubſcriptio non arguit ſubſcribentem votum ſuum dediſſe, ſed ſolum fidem facit de electione facta

neq; ſubſcribat electus Diſcretus, quia pro ſe fidem facienti non creditur.

FORMVLA XXXVI.

Literæ patentes Definitoris Generalis.

NOuerint omnes, ad quos hæ noſtræ literæ peruenerint, qualiter in capitulo noſtro Generali celebrato in conuentu N.N. die *N.* menſis *N.* anni N. promotus fuit, & per vota ſecreta legitime electus in Definitorem Generalem admodum reuerendus pater frater N.N. collegam noſtrum in pertractandis, & definiendis negotijs ſpectantibus ad religionem noſtram, præcipientes omnibus, vt illi debitam reuerentiam, & obſequiũ præſtent, Datum, &c.

Nota, quod applicari poteſt etiam Definitoribus Prouincialibus mutatis illis verbis. Generali, Generalem, religionem *in ſequentia* Prouinciali, Prouincialem.

FOR-

FORMVLA XXXVII.

Literæ patentes Secretarij Generalis.

NOuerint omnes præſentes literas teſtimoniales lecturi, qualiter in capitulo Generali celebrato in conuentu noſtro N. N. die *N.* menſis N. anni *N.* promotus fuit, & per vota ſecreta legitime electus in Secretarium Generalem admodum reuerendus pater frater *N. N.* qui non tam officium Scribæ *N*otarij acturus eſt, quam Socius, & Collega noſter eſſe debet in omnibus capitulis viſitationibus, & actibus, quæ facturi ſumus ex debito officij noſtri, quaſi ſubleuamen ex parte laborum noſtrorum, cujus ſcripturis fidē adhiberi volumus ab omnibus, ac ſi fabricatæ fuiſſent ab aliquo formali Notario; præcipientes omnibus, vt debitum honorem, & obſequium præſtent illi. Datum, &c.

FORMVLA XXXVIII.

Literæ patentes Procuratoris Generalis.

NOuerint omnes præſentes literas teſtimoniales viſuri, qualiter in capitulo Generali ce-

lebrato in conuentu N. N. die N. menſis *N.* anno N. promotus fuit, & per vota ſecreta legitime electus in Procuraiorem Generalem totius ordinis admodum reuerendus pater frater *N.* N. cum poteſtate ordinaria tractandi ea omnia negotia, quæ ſpectant ad ordinem tam in genere quam in ſpecie omnium Prouinciarum, & Singuulorum conuentuum, ſibi commendata,& cætera huiuſmodi præſtanda, quæ ſibi à Regula, & conſtitutionibus agenda præſcribuntur; præcipiendo omnibus, & ſingulis etiam ſuperioribus; vt eidem in ijs, quæ ad eius officium ſpectant,obedientiam,reuerentiam,& obſequium præſtēt. Datum, &c.

FORMVLA XXXIX.

Literæ patentes Diſcreti Prouincialis.

NOuerint omnes præſentes literas teſtimoniales lecturi, qualiter in capitulo Prouinciali in conuentu noſtro N. N. celebrato die N. menſis *N.* anni *N.* promotus fuit,& per vota ſecreta canonice electus in Diſcretum Prouincialem, Collegam, & Socium noſtrum admodum reuerendus pater frater N. N. cum facultate nobiſcum tractandi, conſulendi, & ſcribendi omnes

actus

actus occurentes in capitulis, congregationibus, viſitationibus, & alijs congreſſibus, & alia perficiendi ad eius officium ſpectantia,iuxta præſcriptum Regulæ, & conſtitutionum, cuius ſcripturis in omnibus, & vbique volumus fidem adhiberi tamquam publicis inſtrumentis,præcipientes omnibus, vt debitam reuerentiam, & obſequium eidem præſtent. Datum, &c.

FORMVLA XL.

Litera patentes Cuſtodis ſuperioris.

NOuerint omnes præſentes literas teſtimoniales lecturi qualiter in capitulo prouinciali celebrato in noſtro conuentu *N. N.* die *N.* menſis *N.* anni N. promotus fuit, & per vota ſecreta legitime electus in Cuſtodem admodum reuerendus pater frater *N. N.* Cuſtodiæ *N. N.* à Nobis confirmatus cum poteſtate ordinaria in vtroque foro tam temporaliter, quam ſpiritualiter regendi, & gubernandi monaſteria,& ſuperiores locales cum Fratribus ſubiectis, eosdem corrigendi,puniendi, mutandi à loco ad locum, carcerandi, cenſurandi,& cætera præſtandi,quæ ſpectant ad officium Cuſtodiatus iuxta præſcriptum Regulæ,& conſtitutionum,præcipientes om-

nibus, vt illi obedientiam, reuerentiam, & obſequium præſtent. Datum, &c.

FORMVLA XLI.

Literæ Cuſtodis Prouincialis.

NOuerint omnes præſentes literas teſtimoniales lecturi, qualiter in capitulo prouinciali in conuentu noſtro *N. N.* celebrato die *N.* menſis *N.* anni N. promotus fuit, & per vota ſecreta canocice electus, admodum reuerendus pater frater *N. N.* in Cuſtodem mittendus ad capitulum Generale cum poteſtate in eo ſuffragandi in electionibus faciendis, & protegendi Prouinciam ſuam exponendo in eodem ea, quæ ſunt neceſſaria, & vtilia ad bonum regimen ſuæ Prouinciæ, præcipientes omnibus, vt eidem reuerentiam, & obſequium præſtent. Datum, &c.

FORMVLA XLII.

Literæ patentes Vicarij electi in capitulo

NOuerint omnes præſentes literas teſtimoniales lecturi, qualiter in capitulo Prouinciali celeb-

celebrato in noſtro conuentu *N. N.* die N. menſis *N.* anni *N.* promotus fuit, & per vota ſecreta canonice electus admodum reuerendus pater frater *N.N.* in Vicarium ſeu Suppriorem conuentus *N. N.* à Nobis confirmatus vt vices gerat admodum reuerendi patris prioris eiuſdem conuentus, à quo in omnibus dependeat iuxta præſcriptum Regulæ,& conſtitutionum;pręcipientes omnibus,vt obedientiam, reuerentiam, & obſequium eidem præſtent,Datum,&c.

FORMVLA XLIII.

Literæ patentes Locumtenentis.

CVm reſidentia omnibus ſuperioribus de iure debita ſit, vt ſedulo incumbant curæ animarum ſibi a Domino commiſſarum, æquum eſt,immo neceſſarum eidem ſuperiori, ſi quando ei ex legitima cauſa abeſſe contingit, ſibi ſubſtituere in locum aliquem religioſum virum probum, prudentem,ac Deum timentem, qui curam ſubditorum habeat illius vices gerendo, qnare cum nobis neceſſarium ſit hinc recedere prædieationis cauſa habendæ in proxima quadrageſima, harum ſerie eligimus, & nominamus admodum reuerendum patrem fratrem N. N. in Locumte-

nentem N.N. atq; electum, & nominatum decla-ramus cum eadem poteſtate in vtroq; foro tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, qua nos gaudemus, fruimur, præcipientes omnibus in virtute Sanctæ obedientiæ, vt illum pro tali recognoſcant, obedientiam, reuerentiam, & obſequiũ eidem præſtent. Datam, &c.

Nota, quod hæ literæ amplæ ſunt: ideo reſtringi poſſunt, vt Locumtenens totam poteſtatem delegantis non habeat, excipiendo aliquos caſus, & munia, a quibus debeat ſe abſtinere. Accommodari autem poteſt Commiſſario, ſeu Locumtenenti Prouincialis, quando ſibi neceſſarium erit exire à Prouincia, cauſa prædicationis, capituli generalis, aut alterius negotij exprimendi mutatis mutandis.

FORMVLA XLIV.

Literæ patentes præſidendi capitulo celebrando.

CVm prope ſit tempus celebrandi capitulum Prouinciale in noſtra Prouintia *N.* & in eo præſidere nõ poſſimus occupari alijs grauioribus negotijs pro religione, ne dicta Prouincia ſine capite remaneat, tenore præſentium literarum admodum reuerendo patri fratri N. N. de cuius bonis moribus, prudentia, & vigilantia nobis nota

in

in Domino confidimus, committimus hanc cauſam cum ampla facultate celebrandi capitulum Prouinciale prædictæ Prouinciæ, & in eo vocatis, & congregatis Patribus vocalibus, & alijs religioſis ad præſcriptum Regulæ, ſeu conſtitutionum in eodem capitulo vocem habentibus, etiam ſub cenſuris eccleſiaſticis compeſcendo inobedientes, ſi opus erit, procurandi, vt electiones omnium officialium recte, & canonice fiant de religioſis probis, irreprenſibilibus, ac timoratæ conſcientiæ, atq; ſic electos, ſi legitimæ fuerint eorum electiones tam quo ad perſonas, quam quo ad formam, & præſcriptum Bullarum Pontificum, Regulæ, & conſtitutionum, authoritate noſtra confirmandi; & pertractandi quæcumq; alia negotia ſpectantia ad bonum regimen huius prouinciæ. Duret autem præſens commiſſio vſq; ad expeditionem capituli, quo abſoluto prorſus expiret cum omni ſua authoritate, & poteſtate. Non obſtantibus quibuſcumq; in contrarium allegandis contra præſentem commiſſionem, & commiſſarium, quam, & quem in omnibus, & per omnia valere, & ſuos effectus debitos ſortiri efficaciter volumus, quacumq; appellatione remota. Datum.

Digitized by Google

FORMVLA XLV.

Literæ patentes ſubrogati in locum remoti ab officio.

CVm dedeceat monaſteria noſtra remanere ſine ſuperioribus, qui illorum adminiſtrationi inſiſtant, & ſibi commiſſo gregi præſint, idcirco noſtro conuentui N. ob remotionem patris fratris N. N. vacanti, ex debito officij noſtri prouidere volentes, in eodem conuentu ad regimen deputauimus, inſtituimus, & nominauimus admodum reuerendum patrem fratrem N. N. virum probum, prudentem, atq; Deum timentem, & deputatum, inſtitutum, & nominatum per præſentes declaramus cum ea omnimoda poteſtate, quam habebat prædictus pater eius anteceſſor, dum erat in officio; præcipientes omnibus in virtute ſanctæ obedientiæ, ſibi ſubditis in eo prædicto conuentu, vt pro tali recognoſcant, obediant, & obſequium præſtent. Datum,

Nota, quod hæc formula accomodari poteſt omnibus remotionibus, ſiue per mortem, ſiue per depoſitionem, ſiue per renuntiationem mutatis mutandis.

FORMVLA XLVI.

Monitorij excommunicationis.

CVm ad aures noſtras peruenerit, ſublatum fuiſſe Turibulum argenteum è ſacriſtia, fractis eius oſtio, & arca, in qua cuſtodiebatur, vt omnes Fratres viderunt fractionem, & non adeſſe Thuribulum, & de hoc ſpecialem fecerimus inquiſitionem comminatis temporalibus pænis tam contra furem, ſeu fures, & Thuribulum retinentes, quam contra ſcientes, & non reuelantes, per huiuſmodi diligentiam reſtitutionem procurantes, & hactenus Thuribulum non fuerit reſtitutum, neque quis comparuerit ad denuntiandum furem, pænis temporalibus nichil proficientibus, iudicauimus neceſſarium eſſe venire ad pænam excommunicationis in ſubſidium, pro efficaciori remedio ad inueniendum Thuribulum. Quare tenore harum literarum monitorialium admonentes omnes, in virtute S. obedientiæ, & ſub pæna excommunicationis præcipimus omnibus, & ſingulis Fratribus, Nouitijs, Tertiarlis, & aliis quomodolibet in conuentu manentibus, cuiuſcumq; conditionis, & gradus, vt termino duodecim dierum hodie excluſiue incipiendorum, quorum primi quattuor pro primo termino, ſecundi

pro ſecundo, tertii demum pro tertio, & vltimo termino aſſignantur, debeant reuelaſſe furem coram Nobis, eo, & omni meliori modi, quo ſuam conſcientiam exonerare debent, ſub quibus eiſdem præcepto, & pæna excommunicationis mandamus furi, aut furibus, ſeu complicibus, atq; detentoribus Thuribuli, vt illud in loco tuto reponant, vt inueniri poſſit, vel per confeſſarium reſtituant in manibus noſtris, quod ſi infra id tempus ſuperius præſcriptum, & limitatum non reuelauerint, aut reſtituerint reſpectiue, nunc pro tunc in his literis excommunicationis ſententiam ferimus ipſo iure incurrendę ab illis, qui non reuelauerint, aut reſtituerint ſępedictum Thuribulum. In quorum fidem hoc pręſens Monitorium ſubſcriptum, & ſigillatum publicari iuſſimus coram omnibus vocatis teſtibus infra ſubſcriptis religioſis, in Refectorio noſtri huius conuentus *N.N.* die *N.* menſis *N.* anni *N.*

Ego F. N. Prouincialis, & iudex.

Ego F. N. vt teſtis interfui publicationi huius monaſterij.

Ego F. N. vt teſtis interfui publicationi, &c.

FOR-

FORMVLA XLVII.

Erigendi Conſraternitatem.

F. Franciſcus &c. præſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino.

CHriſtus Ieſus Paternæ gloriæ ſplendor, qui ſua ineffabili claritate totum illuminat mundum, & mirabili diſpoſitione eccleſiam ſuam Sanctorum ſplendoribus illuſtrat, pia Chriſtifidelium vota in eius bonitate, & clementia ſperantium, tunc maxime superno fauore proſequitur, quando humilis ipſorum deuotio Sanctorum precibus, & meritis adiuuatur. Sanctiſſimus in Chriſto Pater Gregorius Papa XV. felicis memoriæ religionem noſtram Sancti Patris Franciſci legitimam filiam ſpirituali munere illuſtrare volens, per ſuam Bullam incip. *Alias à felicis*, ſub datum Romæ die 27. Iunij 1622. indulſit noſtro Magiſtro Generali pro tempore exiſtenti, vt in eccleſijs ſuis ordinis eorum locorum, vbi non degunt minores Conuentuales, aut de Obſeruantia, facultatem, & priuilegium erigendi Confraternitates Cordigerorũ, & eas erectas, & inſtitutas aggregandi Archiconfraternitati eorumdem Cordige-

digerorum erectæ in eccleſia S. Franciſci de Aſſiſio fundatoris, & inſtitutoris eorumdem Ordinum, iuxta Bullam datam à Sixto V. incip. *Ex ſuperna diſpoſitionis*, ſub datum XIII. Calend. Decembris 1585. prout latius, & expreſſius in prædictis Bullis continetur. Nos prædictis priuilegijs gratijs, & fauoribus ſpiritualibus vti cupientes ad augendam fidelium deuotionem erga ſanctum Patrem noſtrum, & noſtræ religionis incrementum propagandum, authoritate Sanctiſſimi Domini noſtri Gregorij Papæ XV. felicis recordationis nobis conceſſa inſtituimus, & erigimus Confraternitatem Cordigerorum S. Franciſci in noſtra eccleſia N.N. ad altare N. N. in diæceſi N. & eamdem ſic inſtitutam, & erectam aggregamus harum ſerie Archiconfraternitati S. Franciſci de Aſſiſio; & eidem Confraternitati erectæ, illiuſq; Confratribus, & Conſororibus iam deſcriptis, & in poſterum deſcribendis eadem authoritate apoſtolica communicamus omnes Indulgentias, & gratias ſpirituales, quibus gaudent, & potiuntur Confratres, & Conſorores prælibatæ Archiconfraternitatis S. Franciſci de Aſſiſio, cui vt ſupra præſertim noſtram aggregauimus, & vniuimus. Ordinantes ſuperiori locali pro tempore ſupradicti noſtri conuentus in cuius eccleſia ad altare ſub inuocatione S. N. N. hanc Confraternitatem Cordigerorum fundauimus, & ereximus,

exiſtenti, & per ſe, vel per alium ſuum religioſum imponat, & cingat quemlibet Chriſti fidelem vtriuſque ſexus Corda benedicta S. Franciſci in nomine Domini, annuntians eisdem vt ſic receptis vere pænitentibus, & confeſſis, eo die, quo cincti fuerint, & in articulo mortis dicentibus Ieſu nomen ore, vel corde indulgentiam plenariam; eisdem explicando quamplures alias indulgentias ingredientibus conceſſas tam pro viuis, quam pro mortuis, iuxta quod legitur in libello pro Confratribus impreſſo. Mandamus autem ſtricte præcipientes eidem Priori pro tempore, vt habeat libros, in quibus ordinatim ſinguli Ingredientes tam viri, quam fæminæ deſcribantur, ſingulisq; annis officiales aſſumantur ex Confratribus ſemper præſente, & dirigente ſuperiore conuentus, quem eorum caput, & præſidentem in omnibus, & per omnia declaramus, & volumus in omnibus illorum actibus aſſiſtere. Datum, &c.

FORMVLA XLVIII.

Benedicendi cordam S. Franciſci pro Confratribus.

Adiutorium noſtrum in nomine Domini, &c. Domine exaudi &c. Dominus vobiſcum &c.

Oremus.

Omnipotens, & miſericors Deus, qui Filium tuum in vinculis humanitatis noſtræ præcinctũ etiam in Paſſione, vt nos a peccatorum nexibus liberaret, funibus ad columnam ligari voluiſti; quique beatum Franciſcum famulum tuum eiſdem ornare dignatus es, oramus immenſam clementiam tuam, vt deſuper irrigante gratia tua ingenti benedictione hanc Cordam ✠ benedicere, & ſanctificare digneris, vt quicumque eam cinctus fuerit, per paſſionem Filij tui, & Seraphici Patris noſtri beati Franciſci interceſſionem a peccatorum ſuorum laqueis eruatur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Demum corda aſpergatur aqua benedicta.

FORMVLA XLVIIII.

Viſitationis Ordinariæ à ſuperioribus faciendæ.

IN nomine Chriſti, Amen. Incipit viſitatio facta in Prouincia *N. N.* a Reuerendiſſimo patre Generali *N. N.* hoc anno *N.* in conuentu *N. N.* hac die *N.* menſis *N.* Et primo monitione facta ore tenus ad menſam corã omnibus accumbentibus, prout de more, de veritate dicenda a ſingulis pro exoneratione eorum conſcientiæ ſuper ſequentibus articulis prout infra reſponderunt.

Articuli autem ſunt ſequentes. I. *N*um obſeruetur Regula, & conſtitutiones? II. *N*um Horæ Canonicæ ſtatutis temporibus deuote, & diſtincte in choro recitentur? III. *N*um ſatisfiat obligationibus Miſſarum, & Aniuerſariorum pro defunctis? IV. *N*um legatur in Menſa, & pariter legantur Bullæ Pontificiæ cum Regula, & cõſtitutionibus? V. *N*um bona monaſterij tam mobilia, quam immobilia bene conſeruentur, & fideliter a ſuperiobus, & officialibus adminiſtrentur? VI. *N*um infirmis prouideatur de *M*edico, medicina, & alijs necaſſarijs pro ſanitate recuperanda? VII. *N*um Literarum ſtudijs Lectores, & ſtudentes incumbant? VIII. *N*um rixæ, diſſenſiones, & ſcandala adſint tam intra, quam extra monaſterium? &c.

Nota,

Nota, quod Generalis, & Prouincialis, ſeu Viſitatores in capite cuiuslibet prouinciæ debent prædicta formula, vel alia ſimili vti ſemel præmittendo illos articulos, qui continent ſubſtantiam viſitationis & alios addendo pro oportunitate locorum, & perſonarum; & ſucceſſiue quoslibet ſubditos ſuper illis interrogare ſine illorum repetita ſcriptione, vt conſulatur breuitati, incipiendo à minoribus. Viſitator autem non tenetur exigere iuramentum, ſed poteſt ſimpliciter præcipere, vt dicant veritatem ad exonerandam conſcientiam, vel etiam in virtute S. Obedientiæ, prout ſibi placuerit attentis circumſtantijs loci, & perſonarum. Singuli autē Fratres examinati debent ſuum examen ſubſcribere, ignorantes vero apponunt crucem; Scriba autem releget illis reſponſiones datas, vt conſiderare poſſint, an aliquid ſit emendatū detrahendo, vel addendo. Formula autem vocationis erit ſimilis.

Vocatus fuit eadem die F. Antonius Prandus laicus profeſſus de familia in hoc conuentu de quo ſupra ab hinc duobus annis, ætatis ſuæ annorum quadraginta, profeſſionis vero decemocto, qui interogatus ſuperdictis articulis reſpondit.

Ad primum, Si oſſerua la Regola, & le conſtitutioni, ecccetto; che &c,

Qnibus finitis, & eidem relectis ſuis reſponſionibus ſubſcripſit. Io fra Antonio Prandi affermo quanto ho detto di ſopra.

Nota,

Nota, quando in viſitatione aliquid reſultat contra ſuperiorem male gubernantem, aut ſubditum delinquentem, viſitator ſi opus erit, & graue ſit delictum nouum inſtituat iudicium à priori diuerſum, vocando iterum vnum ex illis Fratribus, qui denuntiauerunt particularem religioſum de aliquo crimine, & iuramento ei delato diligenter interroget, an vere tale crimen religioſus à ſe denuntiatus commiſerit quoties, quo tempore, quo in loco, & quibus præſentibus, & ſingulare clare, & diſtincte notentur, & ſcribantur à Scriba, ſeu Collega viſitatoris, quibus expeditis denuntians ex officio, ſubſcribat. Deinde Iudex alijs Fratribus vtatur in teſtes, & proſequatur proceſſum. Quod ſi in viſitatione vnicus depoſuerit ſuper delictum alterius, nullatenus formetur proceſſus, ſed delinquens corripiatur ad minus ore tenus, aut remoueatur, ſi murmur ſit de illo crimine, de quo ab vno ſolo tantum denuntiatus fuit, vel paternaliter puniatur; ſi crimen non poſtulat remotionem. Conſulerem etiam Viſitatorem, vt ſuperiorem male gubernantem exhortaretur ad renuntiationem officij, potius, quam vt illo priuaretur, facta prius ſatisfactione reali, vel data cautione, ſi quid in aliquo defraudauit monaſterium, hoc enim modo prouidetur monaſterio, & puniturdelinquens ſine illius dedecore. Sequitur Formula proceſſus.

FOR-

FORMVLA L.

Proceſſus contra particularem ex Viſitatione.

IN nomine Chriſti. Amen. Cum in actibus Viſitationis huius conuentus N. N. f actæ die N. menſis N. anno N. per nos fratrem N. N. Prouincialem, & iudicem ordinarium F. *N. N.* denuntiauerit homicidium perpetratum à F. N. N. in perſonam F. N. N. debitum officij noſtri poſtulat, vt maiori cum diligentia procedamus in hac cauſa, quare iterum dictum fratrem N. N. coram nobis fecimus vocari, eumdem admonuimus, an velit approbare, & ratum habere quicquid in viſitatione depoſuit, reſpondit affirmatiue, quare coram nobis perſonaliter conſtitutus præfatus F. N. N. in præfato conuentu de familia exiſtens ab hinc annis N. ætatis ſuæ annorum N. profeſſionis vero N. ei iuramento delato, iurauit tactis ſacris literis, ſe veritatem dicturum deponendo iterum quod dixit in viſitatione, ſequentibus verbis. Io detto per verità, & di nouo io dico, che fra *N.* ammazzò fra N. alli dieci di queſto meſe vicino alla mia camera con vna piſtola, & vi erano præſenti fra N. & il padre fra *N.* & ſubito morſe ſenza pure dire Ieſus. Interrog. cur illum occiderit

ciderit ℞. Io non ſo perche cauſa; vel cauſam dicat, ſi eam ſcit.

Quibus expeditis, & eidem lectis dimiſſus fuit ſe ſubſcribendo in confirmationem veritatis.

Vocatus fuit eodem die F. N.N. de familia in hoc conuentu tribus ab hinc annis, ætatis annorum triginta, profeſſionis decem, teſtis ſuperius expreſſus, & coram nobis conſtitutus perſonaliter iuramento eidem delato iurauit tactis ſacris Dei euangelijs ſe veritatem dicturum ſuper ſequentibus, interrogationibus.

Interogatus, &c.

Quibus expeditis, &c.

Nota, primo quando corpus delicti eſt permanens, & nondum defuncti cadauer traditum eſt ſepulturæ, item & ſi viuit, corpus offenſum omnino viſitandum eſt notatis percuſſionibus, vulneribus, & ſignis coram teſtibus ad hoc citatis, qui ſubſcribant viſitationi corporis delicti, & id fiat antequam teſtes examinentur, & id totum regiſtretur in proceſſu. Similiter ſi aliquid furto ſublatum fuerit, antequam teſtes examinentur, iudex ſe informet, an res ſublata vere extiterit ante ſubdominio, aut cuſtodia eius, a quo ſublata fuit, & ſi illi conſtet rem extitiſſe, id regiſtret cum teſtibus ſubſcribendis in proceſſu, quam poſtea proſequatur teſtibus citatis. Facta autem viſitatio corporis delicti à Notario regiſtrari poterit ſequentibus verbis.

Accepta denuntiatione ſupradicta, ſtatim eodem die viſitatum fuit corpus occiſi præſentibus infraſcriptis teſtibus, qui nobiſcum viderunt corpus præfati N. N. vulnerati, occiſi eſſe illius religioſi dicti N.N. a nobis, & teſtibus nominandis recognitum cum vulnere in capite &c. Vel fateãtur rem ſublatam fuiſſe, &c.

Nota Secundo, quod ſi teſtes ambo deponant iuxta denuntiationem factam, & ſint concordes in loco, & tempore, quo ille occiſus fuit, vocetur reus, vel ſi eſt in carceribus extra educatur ante, & de carceribus fiat mentio in eius conſtitutione; qua ſequenti modo fieri poteſt.

Frater *N.N.* noſtri ordinis ſacerdos profeſſus, de familia in hoc conuentu N. ab hinc annis *N*, ætatis annorum *N*. profeſſionis, vocatus, & è carceribus eductus coram nobis hac die *N*. menſis *N*. perſonaliter conſtitutus admonitus de veritate dicenda cum iuramento eidem delato, tacto pectore ſuo iurauit ſe veritatem dicturum ſuper ſequentibus interogationibus.

Interrogatus primo, &c.

Nota tertio, ſi reus conſtitutus coram iudice neget ſe delictum commiſiſſe, & conſtet ſaltem per vnum teſtem idoneum a denuntiatore productum, vel per legitima indicia plene probata iudex ei miniſtetur torturam, & ſi perſiſtat in negatiua, ſubijciatur torturæ, & quicquid ſuſpenſus in ea reſponderit ſcribatur in proceſſu

per

per interrogantias,& reſponſiones, & poſt torturam omnia liber ratificet, & quidquid ratum habuerit reſcribatur a Notario,& ab eodem ſubſcribatur. Proceſſum *illi exibere ante torturam licet non petat tutius eſt, ſi vero petat omnino danda eſt illi copia, vt ſe poſſit defendere a tortura,ſi aliquam habuerit legitimam cauſam; & hæc omnia in ſcriptis redigenda ſunt;quod ſi probabit non conſtare de delicto,vlterius à iudice non eſt procedendum in tortura. Quando reus perſiſtit in negatione, & conuictus fuit per duos ad minus legitimos teſtes, & conteſtes, quibus nihil alicuius momenti, & ſubſiſtentis opponi poſſit, eius negatione non obſtante condamnetur ad pænam,neq; enim tunc locus eſt torturæ, quæ ſolum datur,quando delictum non eſt plene probatum. Si delictum confitebitur,defenſiones illi offerantur, ſi renuntiabit remittendo ſe miſericordiæ iudicis, de eiſdem, & alijs dictis omnino conſtet in proceſſu, & omnibus actibus ſubſcribat ipſe reus, & demum citatus audiat contra ſe ſententiam, & illam cogatur ſubire.* Decretum *torturæ, & petitionis copiæ proceſſus, formari poterit ſequenti modo.*

Cum ex proceſſu informatiuo conſtet eſſe ſemiplene probatum delictum de quo ſupra contra perſonam fratris *N. N.* & coram nobis conſtitutus perſonaliter perſtiterit in negatiua delicti eidem intimauimus hoc præſenti decreto torturam,prius monito de dicenda veritate minacibus

verbis ad exonerandum ſuam conſcientiam, quia nobis conſtat delictum ab eo fuiſſe perpetratum, quibus intellectis a nobis petiit proceſſus, quam ei dedimus, aſſignato eidem debito tempore dictum N. ad ſe defendendum, hac die N. &c.

Nota quarto, quod in proceſſu notandus eſt exitus defenſionis, unde ſi probauit non conſtare ſemplene de delicto, dimittatur tunc donec, & uſquequo alÿ appareant teſtes, & ſic proceſſus maneat in ſuſpenſo, ſi non ſe defendit, torturæ ſubÿciatur, quæ ad horam non perueniat, religioſi enim ita ſeuere non ſunt torquendi niſi exceſſus ſit grauis homicidÿ, vel percuſſionis grauiſſima in maiores. Finito proceſſu, ſi reus confeſſus fuerit delictum, vel fuerit conuictus vt ſupra per duos ad minus teſtes legitimos, & omni exceptione maiores quibus nihil alicuius momenti opponi poſſit, condemnetur, prius tamen citandus eſt, ſi aliquid habeat dicere, cur non debeat condemnari, ſi reſpondeat, ſe nichil habere, ſed reuera delictum perpetraſſe, condemnetur ipſo preſente, audiente, & acceptante ſententiam condemnatoriam, cui cogatur ſubſcribere. In proceſſu autem huiuſmodi vltima citatio, & defenſio regiſtrari poteſt ſimilibus verbis.

Cum præſentem proceſſum finire, & terminare intendamus deueniendo ad ſententiam condemnatoriam, citauimus ſupradictum N. N. reum confeſſum, ſeu conuictum ad allegandum aliquam cauſam ad ſe defendendum, quare non debeat

con-

condemnari, qui coram nobis hac die N. eiuſdem menſis, de quo ſupra, perſonaliter conſtitutus, & edoctus de noſtra voluntate condemnandi illum reſpondit, ſe nullam iuſtam habere cauſam ad ſe defendendum, quia reuera delictum commiſit, ideo miſericordiam petit à nobis, & in fidem prædictorum ſe ſubſcripſit coactus acceptare ſententiam à nobis ferendã ſimilis tenoris, qui ſequitur.

FORMVLA LI.

Sententia condemnatoria.

CHriſti nomine inuocato. Nos Frater N. N. Generalis religionis Tertij ordinis S. Franciſci, & iudex ordinarius, viſis & conſideratis omnibus, quæ ſpectant ad præſentem cauſam, & proceſſum contra Te fratrem Antonium de Malignis Mutinenſem noſtri ordinis clericũ profeſſum à nobis citatum ſpecialiter, & coram nobis perſonaliter exiſtentem fabricatum, ex quo conſtat, te eſſe conuictum legitimis teſtibus, & præterea proprio ore cõfeſſum fuiſſe coram nobis, ac proinde factũ eſſe reum homicidij ſacrilegi, quod tu proprio ore confeſſus fuiſti perpetraſſe in perſonam patris fratris quondam N. N. eiuſdem noſtri ordinis profeſſi, ideo authoritate officij noſtri Generalatus,

latus, quo fungimus, noſtris inhærendo Regulæ, & conſtitutionibus, te prædictum fratrem Antonium de Malignis Mutinenſem definimus, ſententiamus, & condemnamus ad pænam triremium in perpetuum; & ita dicimus, & ſententiamus omni meliori modo, via, & forma, quibus de iure melius fieri poteſt. Lecta, intimata, & publicata fuit hæc præſens ſententia condemnatoria in faciem prędicti fratris Antonij hac die N. menſis N. anni in ſupradicto noſtro conuentu N. N. ciuitatis N. in camera, præſentibus infraſcriptis teſtibus vocatis, & quam dictus reus acceptauit per eius ſubſcriptionem.

F. N.N. Generalis, & iudex ſupradictus.

F.N. vt teſtis interfui.

F.N. vt teſtis interfui.

Ego frater Antonius ſupradictus citatus ad audiendum ſupradictam ſententiam contra me latam, audiui illam, & acceptaui.

Nota, quod iudex vti poteſt prædictá for ma contra reum abſentem contumacem, mutatis mutandis, nam reus abſens, & legitime conuictus, ſi citatus, & debito tempore expectatus non comparet condemnandus eſt, registrando in proceſſu citationem, contumaciam, & non comparentiam. Quando reus condemnatus vult appellare, ſentiens ſe grauatum vtatur ſequenti formula.

FOR-

FORMVLA LII.

Appellationis à ſententia condemnatoria.

EGo F. Antonius de Malignis Mutinenſis religionis N. N. clericus profeſſus ab hac veſtra ſententia admodum reuerende pater frater N. *N.* iudex lata contra me ad fauorem fratris *N. N.* appello ad reuerendiſſimum patrem Generalem, proteſtando cum omni reuerentia, & humilitate, inſtando, vt eam recipiatis, & nichil deinceps contra me innouetur, & hoc omni meliori modo, & forma, quibus de iure appellare poſſum, vocando in teſtes præſentes religioſos patres ſubſcribendos huic meæ appellationi factæ coram vobis hac die N. menſis N. & anni in conuentu N.

Nota, quod iudex licet ſit Generalis non debet negare appellationem, ſed eam acceptet, niſi patenter eſſet vana, & iniqua. Debet autem illi dare copiam proceſſus, & ſententiam, & licentiam adeundi ſuperiorem, ad quem appellauit, iter aggrediendo quamprimum pro exequutione appellationis. Et hæc omnia in ſcriptis redigenda ſunt ad calcem ſententiæ.

FORMVLA LIII.

Mittendi appellantem ad Iudicem.

REuerendiſſime pater ſalutem. Frater Antonius N. à me appellauit ad Paternitatem tuam Reuerendiſſimam à ſententia definitiua, quam tuli contra ipſum reum probatum legitime de homicidio voluntario perpetrato contra fratrem *N. N.* condemnando illum perpetuo ad triremes, vt latius de his apparet in proceſſus copia illi conſignata, quare eumdem appellantem à meo iudicio ad illud Reuer. P. T. præſentibus apoſtolis, & litteris dimiſſoriis dirigo, & dimitto. Datum, &c.

FORMVLA LIV.

Proceſſus ad inſtantiam Querelantis.

ANno Domini 1644. die prima Martii coram *Nobis* Fratre N. *N.* *Prouinciali* religionis *N.* in prouincia N. iudice ordinario, exiſtente, & ſedente pro tribunali in camera N. conuentus *N.* perſonaliter comparuit F. Antonius Curtius laicus ætatis annorum 30. profeſſus eiusdem noſtri ordinis annorum decem de familia in conuentu

N,

N. ſupradictæ noſtræ Prouinciæ, qui dixit ſe velle querelam deponere contra fratrem *N.* N. qui eum grauiter percuſſit in capite; vt dixit; illius querelam acceptauimus cum debitis requiſitis, & circunſtantijs, illum admonendo de veritate dicenda, & de iuramento calumniæ ab eo exigendo, qui reſpondit, & iurauit tactis ſacroſanctis euangelijs ſe eſſe paratum ſolum ad dicendum veritatem, & nullatenus habere animum calumniandi proximum, ſed zelo iuſtitiæ propriam proſequendi cauſam; querelam autem expoſuit, promittendo ſe ſtare ad pænam talionis, ſi defecerit in probatione, ſequentibus verbis. Padre, fra Pietro N. N. con vn baſtone mi hà percoſſo due volte ſopra la teſta, & mi hà rotto l'oſſo, come voſtra P.M. R. potrà vedere, ſenza, che io li ne haueſſi data occaſione, & à queſto vi erano preſenti F. N. per tanto faccio inſtanza ſia caſtigato non per vẽdetta, ma per zelo di giuſtitia. Io fra Antonio Curtio hò eſpoſta la predetta querela contra fra N. per zelo di giuſtitia, & accetto di ſtare alla pena del talione.

Nota, quod iudex primo debet viſitare caput querelantis adhibitis teſtibus, & omnia diſtincte regiſtrare in proceſſu ſimilibus verbis.

Supradicta die promiſimus illi iuſtitiam facere, & querela accepta vt ſupra, præſentibus infraſcriptis reuerendis patribus viſitauimus corpus delicti,

ſti, & propriis oculis vidimus percuſſionem cum fractione oſſis ex parte auriculæ dextræ in capite prædicti fratris Antonii querelantis, & in fidem huius viſitationis teſtes ſe ſubſcripſerunt nobiſcum, qui omnia viderunt.

Die N. menſis ſuqradicti citauimus F. *N. N.* de familia in eodem conuentu noſtro, ætatis annorum quinquaginta, profeſſionis vigintiquinque, teſtem productum ab accuſatore, & eidem iuramento, &c.

Nota quod iudex in proſequendo proceſſu, vti poteſt eodem ordine, & formulis de quibus ſub. For. 49. & 50. ideo hic omittuntur.

FORMVLA LV.

Sententia abſolutoria.

NOs frater *N. N.* Prouincialis religionis Tertii Ordinis S. Franciſci in Prouincia Calabriæ, & iudex ordinarius præcipue in ſequenti cauſa mota inter fratrem Antonium Cuttium laicum accuſatorem de percuſſionibus in capite acceptis, & fratrem Paulum de Agentibus, qui prædictum fratrem Antonium accuſatur percuſſiſſe, fidem facimus, & notificamus omnibus præſentes literas inſpecturis, qualiter prædictus frater Antonius in

iſt pro-

proceſſu nichil probauit contra fratrem Paulum ab eo aſſertum percuſſorem ſui, ideo eumdem fratrem Paulum inſtantem, vt ſuper hoc eius declaramus innocentiam denuo proteſtando iureiurando reuera non percuſſiſſe dictum fratrem Antonium, ſed ab eo calumniatum fuiſſe, tenore harum literarum dicimus, pronuntiamus, & declaramus prædictum fratrem Paulum eſſe innocentem à prædictis percuſſionibus, de quibus accuſatus fuit à prælató fratre Antonio, à qua imputatione, & calumnia liberauimus, & abſoluimus, atq; liberatum, & abſolutum declaramus. Datum, &c.

Nota, quod imputatus de aliquo crimine tunc abſoluitur, quando ab accuſatore, vel denuntiatore nullus teſtis vel vnicus proponitur inſufficiens, vel quando imputatus tortura purgat imputationem. Si conſtet de delicto iudex non ſit facilis ad abſoluendum, ſed ſuperſedeat.

FORMVLA LVI.

Delegationis cauſa criminalis.

AD aures noſtras certo peruenit bona noſtri conuentus N. N. male adminiſtrari à patre fratre N. N. illius Priore, qui vt nobis aſſertum fuit,

fuit, vendidit certam domum, ſine requiſitis ſolemnitatibus & quod peius eſt, pretium illius diſtraxit in proprios vſus etiam parum honeſtos, & nonnulla alia crimina commiſit, de quibus in memoriali, ſeu chirographo præſentibus incluſo latius patet; cum autem in hac cauſa pro nunc procedere non valeamus aliis negotiis valde vrgentibus, præſertim &c. occupati, tenore præſentium delegationis literarum, præcipimus Tibi admodum reuerende pater N. N. de cuius integritate, & prudentia multum in Domino confidimus vt in hac cauſa procedas, quam diſcretioni tuæ committimus, & delegamus vſq; ad ſententiam definitiuam, communicantes tibi omnem poteſtatem, & facultatem noſtram ad terminandum huiuſmodi cauſam neceſſariam, in ea procedendo iuris ordine ſeruato, apicibus iuris poſtpoſitis, neceſſariis tamen non omiſſis, nobis reſeruantes pænarum infligendarum auctionem, aut diminutionem, ſeu remiſſionem, quatenus opus fuerit. Datum, &c.

Nota, quod iudex ordinarius ſiue ſit Generalis, ſiue Prouincialis poteſt delegare cauſam alteri religioſo, qui ſit vir prudens, & probus Deum timens; exprimendo ſpecialem cauſam ſuæ occupationis, ſi placet, vel etiam generalem, detineri aliis negotiis vrgentibus. Aliam formulam breuiorem habes infra ſub For. 78.

FOR-

FORMVLA LVII.

Citationis rei proceſſu formato.

CVm per nos infraſcriptum iudicem fabricatus fuerit proceſſus informatiuus contra Te fratrem N.N. ex quo conſtat Te eſſe reum homicidij, ideo præſenti monitorio in Refectorio publicato, & affixo, in virtute S. obedientiæ Tibi fugitiuo ab obedientia noſtra præcipimus, vt infra dies N. debeas comparuiſſe perſonaliter coram nobis ad reſpondendum circa ea de quibus Te interrogaturi ſumus, alias ſi infra præfixum ſupradictum tempus non comparueris, tamquam contumacem, & confeſſum contra te procedemus Datum, &c.

Nota, quod præfata citatio publice legenda eſt in refectorio, & in eo affigenda vt aliqua ratione ſciri poſſet a reo fugitiuo.

Vide aliam infra ſub Form. 80.

FORMVLA LVOI.

Citationis fugitiui, & Apoſtatæ.

CVm ad aures noſtras peruenerit, Te fratrem N.N. religionis noſtræ Tertij ordinis S. Franciſci multis ab hinc menſib. profugum eſſe, & habitu dimiſſo religionis vagari modo huc modo illuc in habitu ſeculari cum graui ſcandalo ſecularium & dedecore ordinis noſtri. Huic tuæ vagationi, & apoſtaſiæ, quam nullatenus ſuſtinere debemus prouidere ex animo cupientes, præſenti monitorio in Refectorio publicato, & affixo in virtute S. obedientiæ, & ſub pæna excōmunicationis Tibi fratri N. N. ſupradicto præcipimus, vt termino decem dierum pro primo, ſecundo, & tertio, vltimo terminis legitimis, & iudicialibus incipiendorum a die datæ huius debeas coram nobis te perſonaliter præſentaſſe, & comparuiſſe recepturum condignam tuæ apoſtaſiæ pęnitentiam, aliter ſi infra dictum temporis ſpatium non comparueris contra te vti contumacem, inobedientem, & apoſtatam procedemus prout de iure. Datum, &c

FORMVLA LIX.

Alienationis.

Nos F. N. &c. admodum reuerendis patribus Priori, & Fratrib. noſtri conuentus N. N. ſalutem.

Literis veſtris ad nos tranſmiſſis in forma probante intelleximus, qualiter conuentus veſter poſſidet vnam domunculam modici pretij, quæ per ęſtimationem factam a peritis huius artis non aſcendit ad valorem viginti quinque ſcutorum aureorum, & quia eſt in loco parum honeſto, & vt plurimum non poteſt locari, niſi perſonis malæ famæ, quæ afflictus quandoque ſubterfugiunt, ideo petitis licentiam vendendi illam, & applicandi illius pretium in aliquod ſtabile prope alia eiuſdem conuentus prędia, quod pręmanibus habetis harum virtute literarum veſtris ſupplicationibus benigne annuentes vobis patribus Priori, & Fratribus ſupradicti conuentus noſtri N. N. licentiam damus vendendi dictam domunculam cum pacto, & obligatione, quod ſtatim debeatis ex illius pretio emere illud ſtabile de quo ſupra, quod pręmanibus habetis, in reliquo regula, & conſtitutionibus ſeruatis. Datum, &c.

Nota quod quamuis ex ſpeciali decreto nouiſſimo, quod ego explicaui tom. 1. Reſolut. 27. prohibeatur Regularibus alienatio, non ideo tamen cenſetur derogatum diſpoſitioni iuris communis cap. Terrulas 12. q. 2. vt docet Naldus *ad extran.* Ambitioſę, *ego tom. 2. reſolut. 62. num. 2. quod petitur, & conceditur per ſupradictam formulam, debere eſſe ſeparatũ à reliquis.*

FORMVLA LX.

Licentia recipiendi nouum conuentum.

Religiones non ſolum multitudine viuorum vitæ ſanctitate, bonis exemplis, & virtutibus propagantur, verum etiam pluralitate Conuentum ampliantur, & decorantur, quibus motiuis nos excitari, admodum reuerendo patri fratri *N. N.* eiuſdem noſtri ordinis ſacerdoti profeſſo, de cuius vita maioribus, virtutibus, & prudentia iam edocti fuimus etiam eſſe valde aptum ad id munus obeundum, & tenore præſentium literarum licentiam concedimus recipiendi eccleſiam, & conuentum, ſeu ea fundandi in ciuitate N. pro noſtra religione, & prouincia N. ad hunc effectum diſponendo, agendo, & tractando cum Illuſtriſſimo, & Reuer. D. D. Epiſcopo præfatæ ciuitatis, & cum quocumq; alio intereſſe habente,

iuxta

iuxtà decretum Tridentini Concilii, & Bullas Summorum Pontificum Clem. VIII. Gregor. XV. & Vrbani VIII. felic. record. reſeruata ſemper nobis, aut capitulo Prouinciali ſupradictæ Prouinciæ, perficiendi, concludendi, & confirmandi obligationes, pacta, & conditiones, quæ peti poſſent, & promitti inter partes in receptione nouæ eccleſiæ, & conuentus, Datum, &c.

Nota, quod ego tom. 3. reſolut. 136. retuli ea omnia, quæ ſunt neceſſaria, in recepiendis, & erigendis nouis conuentibus, ideo ea lege, vt ſcias quomodo agere debeas.

FORMVLA LXI.

Licentia dandi pecuniam ad cenſum.

CVm nullus religioſus poſt emiſſam profeſſionem aliquem contractum, cuiuſcumq; generis ille fuerit, celebrare valeat ſine licentia ſui ſuperioris obſtante ſolemni voto paupertatis, quod importat abdicationem proprietatis à ſe; idcirco pater frater *N.* N. ſuum votum, cuius eſt memor obſeruare volens, cupit nonnullas pecunias ex labore Concionum ſibi in elemoſinas traditas implicare ad cenſum, quare præſentibus literis eidem patri fratri N. N. noſtri ordinis profeſſio de ſa-

FORMVLA LIII.

Mittendi appellantem ad Iudicem.

Reuerendiſſime pater ſalutem. Frater Antonius N. à me appellauit ad Paternitatem tuam Reuerendiſſimam à ſententia definitiua, quam tuli contra ipſum reum probatum legitime de homicidio voluntario perpetrato contra fratrem *N.N.* condemnando illum perpetuò ad triremes, vt latius de his apparet in proceſſus copia illi conſignata, quare eumdem appellantem à meo iudicio ad illud Reuer. P. T. præſentibus apoſtolis, & litetis dimiſſoriis dirigo, & dimitto. Datum, &c.

FORMVLA LIV.

Proceſſus ad inſtantiam Querelantis.

ANno Domini 1644. die prima Martii coram *Nobis* Fratre N. *N.* *Prouinciali* religionis *N.* in prouincia N. iudice ordinario, exiſtente, & ſedente pro tribunali in camera N. conuentus *N.* perſonaliter comparuit F. Antonius Curtius laicus ætatis annorum 30. profeſſus eiuſdem noſtri ordinis annorum decem de familia in conuentu

N,

N. ſupradictæ noſtræ Prouinciæ, qui dixit ſe velle querelam deponere contra fratrem *N.* N. qui eum grauiter percuſſit in capite; vt dixit; illius querelam acceptauimus cum debitis requiſitis, & circunſtantijs, illum admonendo de veritate dicenda, & de iuramento calumniæ ab eo exigendo, qui reſpondit, & iurauit tactis ſacroſanctis euangelijs ſe eſſe paratum ſolum ad dicendum veritatem, & nullatenus habere animum calamniandi proximum, ſed zelo iuſtitiæ propriam proſequendi cauſam, querelam autem expoſuit, promittendo ſe ſtare ad pænam talionis, ſi defecerit in probatione, ſequentibus verbis. Padre, fra Pietro N. N. con vn baſtone mi hà percoſſo due volte ſopra la teſta, & mi hà rotto l'oſſo, come voſtra P.M. R. potrà vedere, ſenza, che io li ne haueſſi data occaſione, & à queſto vi erano preſenti F. N. per tanto faccio inſtanza ſia caſtigato non per vẽdetta, ma per zelo di giuſtitia. Io fra Antonio Curtio hò eſpoſta la predetta querela contra fra N. per zelo di giuſtitia, & accetto di ſtare alla pena del talione.

Nota, quod iudex primo debet viſitare caput querelantis adhibitis teſtibus, & omnia diſtincte regiſtrare in proceſſu ſimilibus verbis.

Supradicta die promiſimus illi iuſtitiam facere, & querela accepta vt ſupra, præſentibus infraſcriptis reuerendis patribus viſitauimus corpus delicti,

ẞi, & propriis oculis vidimus percuſſionem cum fractione oſſis ex parte auriculæ dextræ in capite prædicti fratris Antonii querelantis, & in fidem huius viſitationis teſtes ſe ſubſcripſerunt nobiſcum, qui omnia viderunt.

Die N. menſis ſuqradicti citauimus F. *N. N.* de familia in eodem conuentu noſtro, ætatis annorum quinquaginta, profeſſionis vigintiquinque, teſtem productum ab accuſatore, & eidem iuramento, &c.

Nota quod iudex in proſequendo proceſſu, uti poteſt eodem ordine, & formulis de quibus ſub. For. 49. & 50. ideo hic omittuntur.

FORMVLA LV.

Sententiæ abſolutoriæ.

NOs frater *N. N.* Prouincialis religionis Tertii Ordinis S. Franciſci in Prouincia Calabriæ, & iudex ordinarius præcipue in ſequenti cauſa mota inter fratrem Antonium Curtium laicum accuſatorem de percuſſionibus in capite acceptis, & fratrem Paulum de Agentibus, qui prædictum fratrem Antonium accuſatur percuſſiſſe, fidem facimus, & notificamus omnibus præſentes literas inſpecturis, qualiter prædictus frater Antonius in

pro-

proceſſu nichil probauit contra fratrem Paulum ab eo aſſertum percuſſorem ſui, ideo eumdem fratrem Paulum inſtantem, vt ſuper hoc eius declaramus innocentiam denuo proteſtando iureiurando reuera non percuſſiſſe dictum fratrem Antonium, ſed ab eo calumniatum fuiſſe, tenore harum literarum dicimus, pronuntiamus, & declaramus prædictum fratrem Paulum eſſe innocentem à prædictis percuſſionibus, de quibus accuſatus fuit à prælato fratre Antonio, à qua imputatione, & calumnia liberauimus, & abſoluimus, atq; liberatum, & abſolutum declaramus. Datum, &c.

Nota, quod imputatus de aliquo crimine tunc abſoluitur, quando ab accuſatore, vel denuntiatore nullus teſtis vel vnicus proponitur inſufficiens, vel quando imputatus tortura purgat imputationem. Si conſtet de delicto iudex non ſit facilis ad abſoluendum, ſed ſuperſedeat.

FORMVLA LVI.

Delegationis cauſa criminalis.

AD aures noſtras certo peruenit bona noſtri conuentus N. N. male adminiſtrari à patre fratre N.N. illius Priore, qui vt nobis aſſertum fuit,

Digitized by Google

fuit, vendidit certam domum, ſine requiſitis ſolemnitatibus & quod peius eſt, pretium illius diſtraxit in proprios vſus etiam parum honeſtos, & nonnulla alia crimina commiſit, de quibus in memoriali, ſeu chirographo præſentibus incluſo latius patet; cum autem in hac cauſa pro nunc procedere non valeamus aliis negotiis valde vrgentibus, præſertim &c. occupati, tenore præſentium delegationis literarum, præcipimus Tibi admodum reuerende pater N. N. de cuius integritate, & prudentia multum in Domino confidimus vt in hac cauſa procedas, quam diſcretioni tuæ committimus, & delegamus vſq; ad ſententiam definitiuam, communicantes tibi omnem poteſtatem, & facultatem noſtram ad terminandum huiuſmodi cauſam neceſſariam, in ea procedendo iuris ordine ſeruato, apicibus iuris poſtpoſitis, neceſſariis tamen non omiſſis, nobis reſeruantes pænarum infligendarum auctionem, aut diminutionem, ſeu remiſſionem, quatenus opus fuerit. Datum, &c.

Nota, quod Iudex ordinarius ſiue ſit Generalis, ſiue Prouincialis poteſt delegare cauſam alteri religioſo, qui ſit vir prudens, & probus Deum timens; exprimendo ſpecialem cauſam ſuæ occupationis, ſi placet, vel etiam generalem, detineri alijs negotijs vrgentibus. Aliam formulam breuiorem habes infra ſub For. 78.

FOR-

FORMVLA LVIII.

Citationis rei proceſſu formato.

CVm per nos infraſcriptum iudicem fabricatus fuerit proceſſus informatiuus contra Te fratrem N.N. ex quo conſtat Te eſſe reum homicidij, ideo præſenti monitorio in Refectorio publicato,& affixo,in virtute S. obedientiæ Tibi fugitiuo ab obedientia noſtra præcipimus, vt infra dies N. debeas comparuiſſe perſonaliter coram nobis ad reſpondendum circa ea de quibus Te interrogaturi ſumus,alias ſi infra præfixum ſupradictum tempus non comparueris, tamquam contumacem,& confeſſum contra te procedemus Datum,&c.

Nota, quod præfata citatio publice legenda eſt in refectorio, & in eo affigenda vt aliqua ratione ſciri poſſet a reo fugitiuo.

Vide aliam infra ſub Form. 80.

FORMVLA LVIII.

Citationis fugitiui, & Apoſtatæ.

CVm ad aures noſtras peruenerit, Te fratrem N.N. religionis noſtræ Tertij ordinis S. Franciſci multis ab hinc menſib. profugum eſſe, & habitu dimiſſo religionis vagari modo huc modo illuc in habitu ſeculari cum graui ſcandalo ſecularium & de decore ordinis noſtri. Huic tuæ vagationi, & apoſtaſiæ, quam nullatenus ſuſtinere debemus prouidere ex animo cupientes, præſenti monitorio in Refectorio publicato, & affixo in virtute S. obedientiæ, & ſub pæna excõmunicationis Tibi fratri N. N. ſupradicto præcipimus, vt termino decem dierum pro primo, ſecundo, & tertio, vltimo terminis legitimis, & iudicialibus incipiendorum a die datæ huius debeas coram nobis te perſonaliter præſentaſſe, & comparuiſſe recepturum condignam tuæ apoſtaſiæ pęnitentiam, aliter ſi infra dictum temporis ſpatium non comparueris contra te vti contumacem, inobedientem, & apoſtatam procedemus prout de iure. Datum, &c

FOR-

FORMVLA LIX.

Alienationis.

Nos F.N.&c.admodum reuerendis patribus Priori, & Fratrib. noſtri conuentus N.N. ſalutem.

Literis veſtris ad nos tranſmiſſis in forma probante intelleximus, qualiter conuentus veſter poſſidet vnam domunculam modici pretij, quæ per ęſtimationem factam a peritis huius artis non aſcendit ad valorem viginti quinque ſcutorũ aureorum,& quia eſt in loco parum honeſto,& vt plurimum non poteſt locari, niſi perſonis malæ famæ, quæ affictus quandoque ſubterfugiunt, ideo petitis licentiam vendendi illam, & applicandi illius pretium in aliquod ſtabile prope alia eiuſdem conuentus prędia, quod pręmanibus habetis harum virtute literarum veſtris ſupplicationibus benigne annuentes vobis patribus Priori, & Fratribus ſupradicti conuentus noſtri N.N. licentiam damus vendendi dictam domunculam cum pacto, & obligatione, quod ſtatim debeatis ex illius pretio emere illud ſtabile de quo ſupra, quod pręmanibus habetis; in reliquo regula,& conſtitutionibus ſeruatis.Datum,&c.

Nota quod quamuis ex ſpeciali decreto nouiſſimo, quod ego explicaui tom. 1. Reſolut. 27. prohibeatur Regularibus alienatio, non ideo tamen cenſetur derogatum diſpoſitioni iuris communis cap. Terrulas 12. 9. 2. vt docet Naldus *ad extran.* Ambitioſę, *ego tom. 2. reſolut. 62. num. 2. quod petitur, & conceditur per ſupradictam formulam, debere eſſe ſeparatū à reliquis.*

FORMVLA LX.

Licentia recipiendi nouum conuentum.

Religiones non ſolum multitudine viuorum vitæ ſanctitate, bonis exemplis, & virtutibus propagantur, verum etiam pluralitate Conuentum amplianturr, & decorantur, quibus motiuis nos excitari, admodum reuerendo patri fratri *N. N.* eiuſdem noſtri ordinis ſacerdoti profeſſo, de cuius vita maioribus, virtutibus, & prudentia iam edocti fuimus etiam eſſe valde aptum ad id munus obeundum, & tenore præſentium literarum licentiam concedimus recipiendi eccleſiam, & conuentum, ſeu ea fundandi in ciuitate N. pro noſtra religione, & prouincia N. ad hunc effectum diſponendo, agendo, & tractando cum Illuſtriſſimo, & Reuer. D. D. Epiſcopo præfatæ ciuitatis, & cum quocumq; alio intereſſe habente,

iuxta

iuxtà decretum Tridentini Concilii, & Bullas Summorum Pontificum Clem. VIII. Gregor. XV. & Vrbani VIII. felic. record. reſeruata ſemper nobis, aut capitulo Prouinciali ſupradictæ Prouinciæ, perficiendi, concludendi, & confirmandi obligationes, pacta, & conditiones, quæ peti poſſent, & promitti inter partes in receptione nouæ eccleſiæ, & conuentus, Datum, &c.

Nota, quod ego tom. 3 reſolut. 136. retuli ea omnia, quæ ſunt neceſſaria, in recepiendis, & erigendis nouis conuentibus, ideo ea lege, vt ſcias quomodo agere debeas.

FORMVLA LXI.

Licentia dandi pecuniam ad cenſum.

CVm nullus religioſus poſt emiſſam profeſſionem aliquem contractum, cuiuſcumq; generis ille fuerit, celebrare valeat ſine licentia ſui ſuperioris obſtante ſolemni voto paupertatis, quod importat abdicationem proprietatis à ſe; idcirco pater frater *N.* N. ſuum votum, cuius eſt memor obſeruare volens, cupit nonnullas pecunias ex labore Concionum ſibi in elemoſinas traditas implicare ad cenſum, quare præſentibus literis eidem patri fratri N. N. noſtri ordinis profeſſo de

familia in conuentu N. N. licentia concedimus prædictam pecuniam inueſtiendi in vnam proprietatem idoneam, de qua certam ſe dicit habere cognitionem emendo cenſum à D. N. N. ſub fideiuſſione D. N. N. cum ſpeciali facultate ad nutum noſtrum, & ſuperiorum pro tempore, recipiendi fructus cenſus, poſtquam conſtitutus fuerit, pro ſuis vſibus licitis, & honeſtis iuxta conſuetudinem noſtri ordinis approbatam, cum clauſulà in inſtrumento inſerenda, quod ius prædicti cenſus cum annexis poſt eius mortem naturalem, vel tranſitum ad aliam religionem, ſeu etiam ad ſeculum, incorporatum, & conſolidatum perpetuo cenſeatur cum reliquis bonis conuentus. Datum &c.

FORMVLA LXII.

Manendi extra ad ſeruitium alicuius.

QVoniam non nobis tantum nati ſumus, ſed etiam aliis benefacere, & prodeſſe debemus maximo Principibus, propterea licentiam ſæpius per te à nobis petitam etiam per viros nobiles, de religione noſtra bene meritos inſeruiendi Excellentiſſimo N. N. non poſſumus non indulgere, ſtudio virtutis bonarum literarum, quantum ſe ex-

tendit authoritas noſtra, Tibi gratiam facimus manendi in pallatio prædicti D. Principis,& eidẽ inſeruiendi,& obſequendi in iis,quæ decent virũ religioſum,præſentibus valituris tantum per ann. N. incipiendos a ſubſequenti data. Datum.

FORMVLA LXIII.

Recipiendi Benefactores.

ÆQuum eſt omnibus prodeſſe, maxime benefactoribus Religionis noſtræ,inter quos præcipue connumeratur N. qui non ſolum benefactor, verum etiam Conſeruator, & Protector ſpecialis eſt eiuſdem noſtri ordinis, propterea virtute harũ literarum Gratitudinis quibuſcumque ſuperioribus noſtri ordinis; ex animo committimus, & præcipimus,vt eumdem N. *N.* Religionis noſtræ benemeritum excipiant,in *illis* conuẽntibus, ad quos acceſſerit, ea caritate, beneuolentia, & amore, ac ſi Perſonam noſtram,qui Generalatus officio fungimur, reciperent, obſequerentur,& inſeruirent. Datum, &c.

Habes aliam infra ſub Form.79.

FORMVLA LXIV.

De Bibliotheca conſeruanda.

INter alia pretioſa, quibus conuentus religioſorum decorantur, & virtutibus illuſtrantur inferioris conditionis non ſunt Bibliothecæ, quæ in ſingulis conuentibus non minus neceſſariæ probantur, quam alia quæcumq; Vt igitur Bibliotheca conuentus noſtri N. *N.* in poſterum magis cuſtodiatur, conſeruetur, propagetur, præſenti interdicto in perpetuum valituro de conſilio, & conſenſu noſtrorum quattuor Definitorum in Congregatione condito prohibemus, ne quis deinceps religioſus, ſiue profeſſus, ſiue nouitius, tertiarius, familiaris, aduena, ueiuſcumq; gradus & conditionis, neque Prior pro tempore, aut librariæ huius Cuſtos audeat vendere, alienare, aut diſtrahere, donare, aut accommodare extra conuentum vnum, vel plures libros qui nunc extant, aut in futurum regiſtrabuntur in Indice huiuſmodi Librariæ ſub pœna excommunicationis ipſo iure incurrendę reſeruatę Prouinciali pro tempore, neque abſoluatur, niſi prius facta reali reſtitutione libri, aut librorum extractorum. Datum, &c. *Subſcribatur etiam à Definitoribus, & regiſtretur in actis illius capituli.*

FORMVLA LXV.

Præcipiens ſolutionem Canonum.

CVm ad aures noſtras peruenerit plures conuentus noſtræ Prouinciæ *N.* N. eſſe grauatos canonibus, penſionibus, & alijs oneribus impoſitis in fundatione, ſeu receptione conuentuum, ſoluendis ſtatutis temporibus ſub pęna caducitatis, & à nonnullis ſuperioribus localibus negligi prædictorum ſolutionem in graue præiudicium eorumdem conuentuum. Quare pro munere officij noſtri huiuſmodi negligentiæ occurrere cupientes præſenti Decreto in capitulo N. N. de conſilio, & conſenſu capituli Definitorij condito mandauimus, & mandamus ſingulis ſuperioribus localibus, & aliis, ad quos ex officio ſpectat, ſub pæna priuationis ſui officii ipſo iure incurrenda, vt ſtatutis temporibus ſoluere debeant canones, præſtationes, penſiones, & alia onera, quouis alio nomine nuncupentur, quibus noſtri conuentus ſunt grauati. Et ne præſens Decretum eat in obliuionem affigatur in Sacriſtia, ſeu alio loco patenti ſuperiori, & officialibus, vt illorum memoriæ occurrere poſſit. Datum in eodem capitulo, &c.

FORMVLA LXVI.

Licentiandi ad Mendicandum.

RElígiones Mendicantium ex hoc vocantur, quia ex elemoſinis oſtiatim quæſitis earum alumni viuunt, inter quas cum noſtra connumeretur, noſtri officii regimen, & vigilantia poſtulat deſtinare certos religioſos, qui aliis in diuinis officiis Deo inſeruientibus ad victum, & veſtitum neceſſaria prouidere, & procurare valeant, ideo præſentibus literis per merita S. Obedientiæ deſtinamus Te fratrem *N.* N. noſtri ordinis laicum profeſſum ad quærendas elemoſinas in hac diæceſi N. N. de quacumq; re, quam tibi pro amore Dei Chriſti fideles contribuere voluerint, Te commendantes in viſceribus Chriſti omnibus admodum Reuerendis Præpoſitis, Archipresbiteris, Rectoribus, Curatis, & aliis curam animarum habentibus eoſdem rogantes, ne te velint impedire à quærendis elemoſinis, ſed potius ſuos parochianos exhortari dignentur ad erogandum largas elemoſinas noſtro conuentui, Deum pro omnibus benefacientibus in noſtris ſacrificiis exoraturi. Datum, &c.

FOR-

FORMVLA LXVII.

Intimandi Capitulum Generale.

NOtum ſit omnibus præſentes literas inſpecturis, qualiter Capitulum Generale celebrabitur in conuentu noſtro N. N. incipiendo à die N. menſis N. anni currentis N. vſque ad diem N. eiuſdem menſis: Ideo omnes Generales præteritos, Prouinciales, Cuſtodes, Prouinciales, & Diſcretos pariter Prouinciales, & alios in eo de iure, aut alias vocem habentes præſenti indictione admonentes præcipimus, vt præfixo ſuperius temporis ſpatio ad dictum conuentum debeant conueniſſe pro electionibus, & aliis negotiis ad religionem noſtram ſpectantibus peragendis, prohibentes omnibus, & ſingulis religioſis cuiuſcumq; conditionis, & gradus in hoc capitulo vocem, neq; officium habentibus, ne ſub pæna priuationis vocum actiuæ, & paſſiuæ ipſo iure incurrenda ad præfatum conuentum capituli ſine noſtra ſpeciali licentia accedere audeant. Quoniam autem fundamentum validæ electionis conſiſtit in legitima datione, & receptione ſuffragiorum, tam ex forma eligendi, quam ex idoneitate electorum, & eligendorum, vt omnes electiones bene, & rite expediantur, præſenti

edicto omnibus, & ſingulis Fratribus, ſeu Patribus, cuiuſcumq; gradus, & conditionis, diſtricte præcipimus, vt poſt harum affixionem in loco ſolito, qui certo ſciunt aliquem carere voce actiua, aut paſſiua, vel alio detineri impedimento ad effectum futurarum electionum, quod probare poſſint, aut authenticis ſcripturis ante diem electionis, quæ fiet die *N.* coram iudicibus deputatis ad hoc acceſſiſſe, & probaſſe debeant, quibus auditis debita iuſtitia miniſtrabitur in ordine dumtaxat canonicæ electionis, qui verò diſtulerint in ipſo die prefixo electionibus nullatenus audiatur, ne ipſius capituli acta eo die tractanda irrationabiliter protrahantur, & peruertantur. Datum, &c. Lectum, publicatum, & affixum fuit præſens decretum die *N.* menſis, &c.

FORMVLA LXVIII.

Intimationis Capituli Prouincialis.

NOtum ſit omnibus præſentes literas inſpecturis, qualiter Capitulum Prouinciale celebrabitur in conuentu noſtro *N. N.* incipiendo à die *N.* menſis *N.* anni currentis *N.* vſque ad diem *N.* eiuſdem menſis, ideo præſenti edicto admonemus omnes Priores cum ſuis Diſcretis localibus eligen-

eligendis, & alios quoſcumq; vocem de iure habentes in capitulis Prouincialibus, atque præcipimus eiſdem, vt præfixo ſuperius temporis ſpatio ad dictum conuentum debeant conueniſſe pro electionibus, & alijs negotijs ad noſtram Prouinciam ſpectantibus peragendis, &c.

Accipe pro ſequentibus verba præcedentis formæ, & conclude per eam.

FORMVLA LIX

Intimandi Congregationem.

NOuerint omnes præſentes literas viſuri, qualiter capitulum intermedium ſeu congregatio in conuentu *N. N.* celebrabitur die *N.* menſis *N.* huius anni *N.* ideo tenore præſentium literarum omnes quatuor Definitores noſtros vocamus, & præcipimus, vt prædicto die acceſſiſſe debeant ad dictum conuentum, pro celebrandis electionibus ſuperiorum, & aliorum officialium, & alijs negotijs ad prouinciam noſtram ſpectantibus expediendis. Et præſentes literas mandamus legi in ſingulis conuentibus a Prioribus eorum, vt vnuſquiſq; ſuas indigentias, & conuentuum neceſſitates per literas nobis opportune referre poſſit, prohibentes omnibus, & ſingulis etiam Prioribus

quicumq; illi ſint, ne ad dictum conuentum ſub quouis prætextu accedere audeant durante tempore capituli. Datum, &c.

Nota, quod ſuperiores, ad quos ſpectat prædictas tres Formulas de capitulis intimandis, tranſmittere debent ad ſingulas prouincias, & conuentus, in quibus ſunt publicanda, vt vnuſquiſq; ſibi prouidere poſſit.

FORMVLA LXX.

Conſcribendi acta Capituli Generalis.

IN nomine Chriſti Amen. Anno a Natiuitate eiuſdem N. habitum fuit capitulum Generale Religionis N. die N. menſis N. in conuentu N. eiuſdem ordinis, in eo præſidente N. N. interfuerunt vocales legitimi numero N. videlicet N. N. in eo autem ſequentia acta celebrata fuerunt. Primo mane dieri N. præfati menſis, & anni capta ta fuit miſſa de Spiritu ſancto ad implorandum Diuinum auxilium pro canonica & felici electione omnium officialium, deinde Patres vocales ab Eccleſia proceſſerunt ad locum N. deputatum de uote canendo hymnum *Veni creator Spiritus*, & in ſuis locis diſpoſiti audierunt Bullas Pontificias, & capita Regulæ, & conſtitutionum, quæ erant legenda præmiſſa quoq; oratione à patre N. N. exorta-

oratoria ad condignam, & canonicam electionem religioſorum debitis requiſitis pręditorum; poſt hęc Prędidens capituli oretenus de conſenſu patrum Vocalium elegit tres ſcrutatores, qui ſunt *N.N.* atq; *N*otarium, ſeu ſcribam patrem *N.N.* vt promouendorum electiones perſcrutarentur: pręſcripti patres igitur vocales in vnum legitime congregati in loco ſupradicto per vota ſecreta deuenerunt ad ſequentes electiones. Secundo igitur propoſita fuit electio Reuerendiſſimi patris Generalis, & in ea maiorem partem vocum habuit admodum reuerendus pater frater N.N. & publicato ſcrutinio electus fuit, & nominatus Reuerendiſſimus pater Generalis religionis noſtræ N. iuxta formam conſuetam. Deinde eodem modo per vota ſecreta propoſita fuerunt ſuffragia pro electionibus quatuor definitorum Generalium, & ſequentes patres videlicet *N*. N. N. N. habuerunt maiorem partem vocum reſpectu aliorum, & ideo electi fuerunt, & nominati per conſuetam formam Definitores Generales. Et prædicti omnes tam Generalis, quam Definitores, quia nichil contra illorum perſonas, aut formam electionis obiectum fuit, ideo à *D. D.* Præſidente ſinguli confirmati fuerunt in illis officijs, in quibus fuerunt electi. Tertio N. propoſita fuit electio Procuratoris, & Socij Generalis, & maior pars direxit ſua vota pro procuratore in

 per-

perſonam admodum reuerendi patris N. N. & pro Socio in perſonam admodum reuerendi patris N. N. & ideo illorum ſcrutinijs publicatis vterque electus fuit, & nominatus per conſuetam formam, & confirmati fuerunt per prælibatum reuerendiſſimum Generalem. Quarto propoſitæ fuerunt ſequentia ſtatuta, ſeu conſtitutiones, &c. In quorum omnium fidem ego frater N. N. ex officio prædicta omnia regiſtraui tamquam vera in hoc libro propria manu, & ſubſcripſi hac die N. N.

Nota, quod in alijs capitulis adhiberi poterit prædicta formula mutatis mutandis, & in fine actuum ſubſcribere debent Generalis, cum ſuis Definitoribus, apponendo ſigillum ſui officij. Sub ea autem formula omnia omnino acta ordinationes ſtatuta, & ſimilia ſunt regiſtranda, vt de illis apparere poſſit. In ſpecie autem nominentur omnes vocales cum ſuis nominibus, cognominibus, patrijs, officijs ad perpetuam rei memoriam.

FORMVLA LXXI.

Nominandi electum publicato ſcrutinio.

IN nomine Chriſti, Amen. Ego nomine meo, & nomine omnium veſtrum, eligo, nomino, & publico

licò in legitimum Generalem noſtræ Religionis Reuerendiſſimum N. N. in quem maior pars vocalium canonice conſenſit.

Nota, quod omnes doctores aſſerunt per ſimilem formam electionem perfici, ac proinde ea omiſſa inualidam eſſe electionem. Qui legit hanc formulam ſi non eſt vocalis omittit ea verba. Nomine meo. *Si omnes conſenſerunt, loco eorum verborũ* Maior pars *ſubijciat hoc verbum.* Omnes.

FORMVLA LXXII.

Appellationis à futura electione.

Reuerendiſſime Pater. Cum inſtet tempus Capituli celebrandi, & in eo pater frater N. *N.* prætendat vocem dare, aut etiam recipere, quibus tamen caret, ideo coram R. P. T. nunc appello contra dictum patrem præſentibus his reuerendis patribus, quos in teſtes voco huius meæ appellationis, & proteſtor de nullitate electionum in hoc capitulo, ſi ipſe admittatur, quia iſte pater eſt illegitimus, & præterea excommunicatus, quia percuſſit *N.* & hæc omnia tactis corporaliter his ſacroſanctis Euangelijs iuro, ſupradicta a me eſſe vera, & credo, me vt talia poſſe probare.

Nota

Nota quod teſtes cum appellante debent ſubſcribere, & ſuperior accepta appellatione iuſtitiam facere debet. Hac formula conformis eſt cap. Vt circa, de elect. in 6. Vide ipſum.

FORMVLA LXXIII.

Appellationis contra electum.

REuerendiſſime Pater. In Capitulo Prouinciali proxime celebrato electus fuit in Priorē conuentus N. *N.* pater frater N. N. quoniam autem huius electio non fuit legitima, neque canonica, neq; quo ad formam, neq; quo ad perſonam, nam reſpectu formæ ſuffragia non ſecreto ſed viua voce data fuerunt, reſpectu vero perſonæ non valuit electio, quia dictus pater illegitimus eſt, quare a prædicta electione minus legitima, ac proinde nulla appello ad P. T. R. præſentibus his patribus, quos in teſtes vocaui, & inſto pro bono communi huius monaſterij, cuius ego ſum filius, vt P. T. R. quamprimum audiat meam cauſam, & debitam miniſtret iuſtitiam, remouendo a Prioratu dictum patrem, quando probauero laborare prædictis defectibus, quos iuro ſacroſanctis tactis corporaliter Euangelijs eſſe veros, & credo me poſſe illos probare.

Nota

Nota, quod appellans debet ſubſcribere notatis die, & menſe, cum teſtibus, & hoc infra decem dies à die capituli, vel a die ſcientiæ defectuum iuxta quod dixi ſuperius.

FORMVLA LXXIV.

Miſſionis Studentis in Collegium.

TEnore præſentium literarum F. *N.* N, Clericum noſtri ordinis profeſſum de familia collocamus in noſtro conuentu N. *N.* ſub obedientia illius Reuer. patris Prioris, eumdem cæteris ſtudentibus huius noſtri Collegij aggregantes ſub diſciplina, & ſtudio patrum Regentis, & Lectoris, quibus illum in Domino commendamus. Datum &c.

FORMVLA LXXV.

Deputandi Parochum.

CVm noſtrum Monaſterium N. curam animarum ſecularium habeat adnexam, & officio noſtro viſitationis teneamur prouidere de Religioſo Parocho, & quia nobis nota eſt ſufficientia ad

ad id munus, obeundum N. N. ideo præſentibus literis eundem patrem *N.* inſtituimus, & declaramus Parochum noſtræ Eccleſię N. *N.* cum eadem poteſtate, honore, & onere, quibus alii Parochi gaudent, habito ſemper reſpectu ad ea, quæ de iure ad Epiſcopum ſpectant.

Similem formam habes ſupra ſub formula 20.

FORMVLA LXXVI.

Fides Prioratus.

NOtum ſit omnibus præſentes literas inſpecturis, qualiter in Capitulo Prouinciali per nos celebrato in conuentu noſtro *N.* die 21. pręſentis menſis *N.* anno *N.* in Congregatione definitionis electus legitime fuit in Priorem conuentus N. admodum R. P. quem in eodem capitulo confirmauimus cum ea poteſtate, quam habent alij Priores noſtri ordinis, tam de iure, quam de conſuetudine noſtræ Religionis.

Habes aliam formulam ſub num. 29.

FOR-

FORMVLA LXXVII.

Præceptum adorandi rite Sacram Imaginem.

SAcris Imaginibus maxime miraculoſis,& præſertim B. M. V. præ alijs ſingularis honor deferendus eſt,non ſolum actibus adorationis, verum etiam ritibus, & ceremonijs debitis ſecundum pium Eccleſiæ Catolicæ vſum; Nos cupientes, vt huiuſmodi honor deuote exhibeatur Sacræ Imagini *N.* præſenti decreto in perpetuum valituro præcipimus cuilibet, ad quem hoc munus ſpirituale pertinebit, vt Sacram huiuſmodi Imaginem N. miraculis coruſcantem, demonſtrare Chriſtifidelibus illam deuote videre petentibus volentes, id preſtet ſacerdos cotta, & ſtola indutus, accenſis candellis,& aliis rite ſeruatis,vt decet nos venerari ſanctorum reliquias, & imagines.

FORMVLA LXXVIII.

Delegandi in cauſa criminali.

NObis per literas fide dignas ſignificatum fuit, bona, fructus, & prouentus noſtri conuentus N. male tractari à *N.* cui malo Nos prouidere cupientes,

pientes, vt conuentus indemnis ſeruetur, & illatum damnum reſarciatur, virtute præſentium literarum *N. N.* commiſſarium delegamus in hac cauſa, cui nos intereſſe non poſſumus aliis impediti, cum facultate examinandi, & inquirendi veritatem ſuper querelis N. &c.

Aliam longiorem habes ſupra ſub num. 56.

FORMVLA LXXIX.

Recipiendi benefactorem ad hoſpitium.

Lex naturæ, cui cætera iura famulantur, homini ab initio ſuæ conceptionis infudit virtutem gratitudinis, qua benefacienti benefaciendum eſt. Nos ex inſtinctu huiuſmodi legis à natura infuſæ cupientes noſtræ Religionis benefactoribus vicem rependere, tenore harum literarum N. *N.* de noſtra Religione benemeritum, & antiquum benefactorem benigno gratitudinis ſigno proſequi volentes, illum inter ſpeciales noſtros benefactores iam adnumeratum in hoc albo adſcribentes aggregamus, rogantes, immo ſerio præcipientes admodum R. P. V. vt pro tali habeatis, & ſi quando contigerit, illum accedere ad aliquem ex noſtris conuentibus, benigne, & amanter recipiatis, ac ſi perſonam noſtram exciperetis, in illius

illius perſonam omnes actus humanitatis, & hoſpitalitatis exercentes, quæ omnibus benefactoribus inſignibus exhiberi ſolent.

Aliam ſimilem habes ſupra ſub num. 63.

FORMVLA LXXX.

Citandi reum abſentem.

AVctoritate noſtri officii præcipimus, & mandamus tibi N. ſacerdoti profeſſo eiusdem noſtri ordinis, teq; harum ſerie requirimus, & monemus, quatenus infra trium dierum ſpatium, quorum primum pro primo, ſecundnm pro ſecundo, & reliquum tertium pro tertio, & peremptorio termino, trinaq; canonica monitione aſſignamus, ſub pæna confeſſatorum, & conuictorum criminum, de quibus inquireris, ac carceris per annum, & excommunicationis in iuris ſubſidium, aliiſq; arbitrio noſtro imponendis, & irrogandis pœnis, coram Nobis in conuentu N. loco à Nobis pro reſidentia electo, perſonaliter, & non per procuratorem, ſeu aliam interpoſitam perſonam compareas ad parendum noſtris mandatis, & etiam à nonnullis imputationibus tibi obiectis expurgandum, ac examini quatenus opus ſit, ſubiiciendum, alioquin te vlterius non citato, niſi per affixio-

xionem ad valuas noſtri Monaſterii *N.* ad declarationem incurſus cenſurarum, & pœnarum prędictarum contra te, iuſtitia mediante procedemus, abſentia tua cum contumacia in aliquo non obſtante. Volumus autem has præſentes tibi perſonaliter, ſi perſona tua commode haberi poterit, ſin minus domi, & in conuentu tuæ habitationis tibi aſſignatæ, præſentari, & intimari, præſentationem, & intimationem taliter factam perinde arctare, & afficere, ac ſi perſonaliter intimatę, & pręſentatę fuiſſent.

FORMVLA LXXXI.

Licentia examinandi ſecularem.

VT in cauſa, ſiue rixa criminali coram N. inter *N.* ex vna, & *N.* parte ex altera, poſſit, & valeat examinari pro indaganda veritate facti, & alia in cauſa prędicta neceſſaria, & opportuna, nonnullos teſtes pro informatione facti examinandi medio eorum iuramento tactis literis, & exercere actus iuriſditionales in dicta cauſa in hac diœceſi *N.* tenore præſentium licentiam concedimus, & facultatem impertimur, non obſtantibus.

FOR-

FORMVLA LXXXII.

Procuratoris ad cauſas, & lites.

AD aures noſtras ſæpius peruenit, ſupradictum noſtrum conuentum varijs agitari litibus, & à nonnullis perſonis moleſtari ſub alijs prætextibus, his malis nos opportuno remedio occurrere cupientes, quantum in Domino poſſumus, Te ſupradictum N. in tua confiſi prudentia, & bonitate vigore præſentium literarum eligimus, & deputamus in Procuratorem eiuſdem conuentus N. vt litibus, & alijs moleſtijs illatis, & inferendis obſtare, & finem imponere valeas, prout in Domino ſperamus, cum poteſtate expediendi quaſcumq; cauſas, & negotia, ſemper in fauorem, & beneficium dicti conuentus, & non aliter, nec alio modo.

FORMVLA LXXXIII.

Miſſionis ad fidem propagandam.

CVm inter opera Chriſtianæ Religioni neceſſaria potiſſimum recenſeatur propagatio ſanctæ fidei, ad cuius executionem alias non ſemel

operam nauaſti, vt conſtat ex literis autenticis Reuerendiſſimi D. D. Franciſci Ingoli Secretarij Sacræ Congregationis de fide propaganda, à Nobis viſis, & lectis, ideo vt idem pietatis Chriſtianæ officium reſumere valeas, attentis ſupradictis literis, tenore præſentium Tibi eidem Reuer. patri fratri Ioanni Baptiſtæ Meritio de Tirano Miſſionario licentiam concedimus redeundi ad Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Epiſcopum Curienſem, qui Tibi populum in fide inſtruendum, & imbuendum aſſignabit, prout alias fecit, vt legimus in eius literis teſtimonialibus nobis exhibitis. Quo ſpirituali exercitio expedito debeas te iterum præſentare admodum Reuer. Patri Prouinciali noſtro Prouinciæ Mediolani. Datum.

FORMVLA LXXIV.

Creandi Examinatorem Generalem loco mortui.

CVm noſtri Ordinis Conſtitutiones Vrbanæ in ea parte, in qua agitur de inſtitutione Examinatorum Generalium nobis dent facultatem nominandi alium Examinatorem præficiendum in locum alterius præmortui; cumq; annis præteritis vnus locus vacauerit per mortem Reuerendi Patris Magiſtri Fratris Bartolomei Monferini

Cremonenſis inter Examinatores in Conſtitutionibus prælibatis nominatim expreſſi. Nos eius locum implere volentes, tenore harum literarum, de approbatione noſtrorum Definit. General. in Capitulo, N. congregat. Te ſupradictum Patrem Magiſtrum Fratrem Felicem Gallum Mediol. de cuius vitæ integritate, & bonis morib. notitiam habemus, inſtituimus, & creamus Examinatorem Generalem reponentes, & collocantes in eodem loco prædefuncti, atq; concedimus tibi eas omnes facultates, priuilegia, gratias, præcedentias, & fauores, quibus potiuntur, & gaudent alij Examinatores Generales ad præſcriptum, & formam conſtitutionum prædictarum, præcipientes omnibus, & ſingulis Religioſis ſuperioribus, & ſubditis, nobis ſubiectis, vt pro tali te habeant, nominent, & reuereantur. Datum Mediolani die 13. Iunij 1649.

FORMVLA LXXXV.

Eundi ad Miſſionis loca.

Nobis noti ſunt labores, & lucubrationes, quibus in Religione noſtra benemeritus es, non ſolum erga ordinem, ſed etiam fauore animarum perſonarum ſecularium, cum pluries officium Miſſionis pluribus in locis exercueris, propterea facultatem tibi iam conceſſimus ad Miſſiones, in

quarum

quarum executionem, tenore præſentium Tibi eidem patri Ioanni Baptiſtæ pralibato ab obedientia, & ſubiectione adm.reuer.patris Prioris N. abſoluentes damus licentiam eundi ad præfatas Miſſiones iuxta præſcriptum Literarum Miſſionalium Tibi à *N*obis expeditarum, omnibus, ad quos hæ noſtræ Literæ peruenerint Te in Domino commendantes, vt dignentur benigne excipere, & hoſpitalitatis officium exercere. Datum.

FORMVLA LXXXVI.

Erigendi Profeſſorium.

AD augendum literarum ſtudium, quibus Religiones illuſtrantur, habendum eſt delectum iuuenum, vt hac ratione capaces, & habiles ad hoc mentis exercitium ab inæptis, & inutilibus ſecerni poſſint, vti pretioſum à vili ſeparatur, ad cuius cognitionem prudenter practicandam, cenſuimus preoptimam Profeſſorij inſtitutionem in conuentu N. inhærendo ordinationibus alias ſuper hoc negotio factis, & in aliis capitulis publicatis tenore prçſentium in Capitulo Prouinciali celebrato in conuentu N. de conſilio, & conſenſu Capituli eiusdem Definitorij, inſtituimus, & ereximus Profeſſorium in conuentu N. & ſic inſti-

inſtitutum, & erectum, auctoritate noſtra approbauimus, mandantes adm. Reuer. Patri Prouinciali noſtro, vt iuuenes profeſſos aptos ad ſtudia Grammaticæ ſic repertos per eius Examinatores tranſmittat ad prælatum conuentus præſignati Profeſſorium erudiendos in Grammaticis, vt inſtructi, & facti capaces Logicæ, deinde tranſmitti poſſint ad ſtudium Logicæ, & cæterarum gradatim ſcientiarum. Quoniam autem nemo ſui ipſius Magiſter eſſe poteſt, ſed ab alio diſcere oportet, ideo hac prima vice deputamus in Magiſtrum, & Lectorem patrem fratrem *N.* N. vt illos erudiat in Grammaticis cum ampla facultate corrigendi, & puniendi eorum exceſſus, & negligentias in ordine ad ſtudium, idq; non criminaliter, ſed paterno affectu præſtet per modum correctionis. Ne autem idem conuentus in Profeſſorium erectus vltra debitum grauetur, à Prioribus illorum conuentuum, à quibus iuuenes filij tranſmittentur ad hoc Profeſſorium, ſoluantur expenſæ taxatę pro ſingulis ſtudentibus, vel alio modo, iuuenum permutatione compenſentur. Et ita mandamus, & volumus hoc Decretum erectionis Profeſſorij inuiolabiliter obſeruari ſub pænis, &c.

FOR-

FORMVLA LXXXVII.

Prohibendi lusus.

VT Regularis obſeruantia vigens in conuentu N. magis propagetur, & literarum ſtudia iam inſtituta in poſterum conſeruentur, & augeantur ex paſtorali officio occurrere cupientes ijs, quæ poſſent impedire feruorem regularis diſciplinæ, & retrahere ſtudentes à progreſſu, & profectu literarum, tenore præſentium, omnibus, & ſingulis religioſis ſtudentibus, & non ſtudentibus, nouitiis, & aliis, quomodolibet ſubiectis ſiue de familia, ſeu alias morantibus in eodem conuentu N. præcipimus, ne quis illorum audeat ludere cartis, aleis, & aliis ludis quibuſcumq; exceptis ludis hic expreſſis recreationis causa, vt ſunt ludi vulgo dicti Sbaragliino, Bocchie, Palamaio, Scachi, & Oſſi; quod reliquimus ſub diſpoſitione ſuperioris localis, aliter qui in prædictis ludis non exceptis, ſe immiſcuerit, ſiue intra conuentum, ſiue extra, cum quibuſcumq; perſonis, ipſo iure incurrat excommunicationem reſeruatam Nobis. Preſens autem prohibitio à Vobis publicetur omnibus preſentibus, & in fidem promulgationis ſubſcribatur à duobus ſacerdotibus. Datum.

FOR-

FORMVLA LXXXVIII.

Licentiandi Confeſſarium pro Monialibus.

DEbitum officii noſtri poſtulat, vt pari affectu ſolicitudinis ſpiritualis ſimus propenſi tam ad Religioſas Deo dicatas virgines, quam ad Religioſos viros, vtroſq; eiuſdem noſtri ordinis alumnos, & profeſſores, illis prouidentes de Confeſſario Ordinario. Quare tenore pręſentium literarum Te ſupradictum Reuerendum patrem fratrem *N.* N. de cuius vitæ integritate, bonis moribus, & ſcientia neceſſaria ad audiendum confeſſiones, informati ſumus, eligimus, & deputamus in Confeſſarium Ordinarium noſtrarum Monialium Conuentus N. cum facultate audiendi, & abſoluendi eaſdem, etiam nouitias, & alias perſonas commenſales intra monaſterium degentes, à quibuſcumq; peccatis, & caſibus etiam reſeruatis, dummodo prius ab admodum Reuer. Patre Priore N. pręſentatus fueris coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Epiſcopo *N.* & ab eo approbatus fueris ad pręfatum effectum, iuxta conſtitutionem incip. *Inſcrutabili.* Gregorii XV. Pręſentibus ad triennium valituris. Datum.

Nota, quod hæc formula inſeruit etiam pro extraordinarijs dandis, & æquum eſt, his confeſſarijs tribuere

omnem

omnem facultatem, iuxta diſpoſitionem huius for mulæ.

FORMVLA LXXXIX.

Licentiandi executorem Teſtamenti.

CVm nullus Religioſus, quia velle, & nolle caret, poſſit eſſe executor teſtamentarius ſine licentia à ſuo ſuperiore obtenta, vt decreuit Bonifacius VIII. relatus in cap. fin. de teſtam. in 6. Cupientes ſatisfacere piç voluntati vltimç nunc quondam *N. N.* qui Reuerentiam tuam, in qua multum confidebat, deputauit, & nominauit in ſuo vltimo teſtamento per N. *N.* publicum Notarium *N.* condito ſub die *N.* menſis *N.* anni N. vti illius executorem, tenore prçſentium Tibi ſupradicto patri fratri N. *N.* licentiam concedimus, vt poſſis eſſe executorem teſtamenti ſupradicti per nunc quondam N. *N.* conditi, adimplendo ad vnguem, cum omni diligentia, & fideliter, quicquid tuç prudentiç in eo commiſit. Datum.

FORMVLA XC.

Licentiandi ad Exorcizandum.

BEatus Iacobus Apoſtolus hortatur infirmos, vt vocent ſacerdotes, qui orent ſuper illos, audiuimus

uimus à Reuerentia tua, plures infirmos, & etiam energumenos ad te recurrere pro ſpirituali remedio, quo pro illis vti non audes ſine noſtra ſpeciali licentia, ideo tenore præſentium contenti ſumus, vt hoc ſpirituale munus exorcizandi, & legendi ſuper infirmos orationes ab Eccleſia approbatas, abſtinendo te à medicinis, & aliis remediis corporalibus, quæ ad medicos ſpectant, preſtes. Datum.

FORMVLA XCI.

Fides, quod Religio ſtrictior eſt parata recipere Religioſum alterius Ordinis.

ADmodum R. P. ſalutem. Comparuit coram Nobis Pater Frater N. *N.* veſtri Ordinis Profeſſor, & expoſuit, ſe cupere tranſire ad noſtrum Ordinem, cum ſpe melioris incrementi ſpiritualis; Nos annuere volentes eius piæ petitioni, iudicauimus dignum noſtro conſortio, & inhærentes Decretis Emin. & Reuer. D. D. Cardinalium S. R. E, per præſentes certam fidem facimus; *N*os eſſe paratos illum recipere intra noſtrum ordinē. Datum.

Superior eius religioſi, qui vult tranſire ad ſtrictiorem ſupradictam fidem ſubſcribat licentiam, per quam

 abſol-

abſoluat ſuum ſubditum à ſua obedientia, tranſmittendo illum recto tramite ad ſecunda vota, ſubiecto tenore.

Viſa ſupradicta atteſtatione, & fide præfatum patrem N.N. abſoluimus à noſtra obedientia, concedentes illi licentiam tranſeundi ad Religionem N. quę teſtatur Nobis, ſe eſſe pratam illum recipere.

FORMVLA XCII.

Licentia ndi ad Epiſcopatum.

CVm ex conſtitutione Bonifacii Papę VIII. relata in cap, *Si religioſus*, de elect. in 6. Religioſus non obtenta licentia à ſuo ſuperiore, non poſſit conſentire electioni de ſe factę extra ordinem, immo ipſo iure ſit nulla, & audiuerimus ex certo nuntio, Paternitatem tuam admodum Reuerendam electam fuiſſe in Epiſcopum N. N. de quo multum tibi in Domino congratulamur, in cuius ſignum, virtute harum literarum Paternitati tuæ admodum Reuerendę *N. N.* licentiam damus vt valeas conſentire prefatę electioni de perſona tua in Epiſcopatum Eccleſię N. abſoluentes Te ab obedientia noſtra, & iugo ſeruitutis monaſticę. Datum.

FOR-

FORMVLA XCIII.

Diſpenſandi illegitimos ad gradus, & honores.

CVm ex Sacris Canonibus illegitimis portæ dignitatum non aperiantur, niſi per veniam diſpenſationis faciendæ ſolum iis, quorum merita, & anteacta bona vita illis ſuffragantur; Nobiſq; conſtet ex noſtris profeſſoribus fide dignis Te patrem fratrem *N. N.* licet illegitimum nempe ex adulterio natum hactenus tamen in Religione inculpabiliter vixiſſe, & eſſe multis virtutibus ornatum, quibus te dignum diſpenſatione facis, ideo inhærentes Conſtitutioni incip. *Circumſpecta*, Gregorii XIV. auctoritate Apoſtolica nobis delegata ſimul cum Capitulo N. diſpenſamus Te ſupradictum N. hic præſentem ſuper defectu natalium, & facimus dignum, & habilem ad officium N. ad quod promoueri valeas. Datum.

Nota, quod etiam abſens diſpenſari poteſt vel abſolute reddendo illum ſimpliciter habilem ad quęcumq; officia, vel ad tale officium tantum. Hac autem diſpenſatio facienda eſt à Generali ſimul cum conſenſu Capituli Generalis, intellige Definitorij, vel à Prouinciali in ſuo Capitulo, vel intermedijs congregationibus.

 FOR-

FORMVLA XCIV.

Licentia quærendi elemoſinas.

CVm noſtra Religio ſit fundatâ in paupertate ac proinde gaudeat priuilegio quærendi elemoſinas à fidelibus benefactoribus, ad ſubueniendum proprijs neceſſitatibus ſuorum profeſſorum, propterea Tibi ſupradicto fratri N. in virtute S. Obedieutiæ præcipimus, vt in caſtris, & villis extra ciuitatem N. eas quæſtum elemoſinas de qualibet re à fidelibus, quos in Domino rogamus ad ſubueniendum pijs largitionibus noſtris neceſſitatibus, nnnerantes nunc pro tunc inter noſtros benefactores, quos facimus participes bonorum ſpiritualium, quæ in noſtra Eccleſia à nobis fieri ſolent. Datum.

FORMVLA XCV.

Collocandi ſtudentem in Collegio.

TIbi dilecto nobis in Chriſto filio N. N. eiuſdem noſtri Ordinis clerico profeſſo, vt ſtudiis Philoſophiæ, ad quæ te habilem per Examinatores noſtros reperimus, incumbere valeas, gratiam facimus

facimus, vt ſub diſciplina admodum R. P. audire poſſis *N.* in conuentu N. ſub obedientia admodum R. P. Prioris eiuſdem, vtrique te in Domino commendantes. Datum.

FORMVLA XCVI.

Licentiandi ad teſtificandum extra.

SEcundum leges, & veritatem, quod nobis non nocet, & alteri prodeſt, fieri poteſt, & quandoq; debet ideo intendentes annuere petitioni N. N. qui te ſupradictum patrem *N.* deſiderat habere in teſtem pro ſua cauſa ciuili, quæ tractatur corã N. tenore præſentium tibi ſupradicto *N.* licentiam concedimus, vt fauore ſupradictæ cauſæ ciuilis valeas examinari, & teſtificari veritatem, per præſentes fidem facientes, tibi a nobis delatum fuiſſe iuramentum de veritate dicenda, Datum.

Moneo ſuperiores, raro dare huiuſmodi licentias, nonquam in criminalibus, quia alias audiui, ex huiuſmodi licentijs Religioſos in teſtes aſſumptos calumniari, & id redundare in dedecus totius monaſterij. Abſtineant ergo à prędictis.

FORMVLA XCVII.

Licentiandi ad Iubileum Sanctum Romæ.

Dilecto nobis in Chriſto patri N. N. eiuſdem noſtri Ordinis profeſſo ſalutem. Sanctiſſimus D.N. Innocentius Papa X. feliciter regnans omnes Chriſti fideles paterno affectu inuitat ad eundum Romam, ad viſitanda limina Apoſtolorum, & alia ibidem loca ſacra, vt lucrentur infinitos Theſauros Indulgentiarum pro remiſſione ſuorum peccatorum. Nos piis precibus tuis inclinati virtute harum literarum licentiam tibi concedimus peregrinandi ad ea loca ſancta Vrbis ad lucrandum Iubileum Sanctum, Te in Domino commendantes omnibus, qui officium hoſpitalitatis pro te exercebunt. Datum.

Nota, quod non obſtante generali inuitatione facta à Summo Pontifice peregrinandi ad Vrbem pro lucro Indulgentiarum, nihilominus omnes Religioſi, & alij ſubiecti tenentur procurare licentiam, & eam obtinere, aliter euntes contradicente ſuperiore puniendi ſunt, vt inhobedientes, & vagi.

FORMVLA XCVIII.

Eidem faciens Epiſcopo de Religioſo punito.

ILluſtriſs.& Reu.Domine.Nos volentes,vt decet, cum omni reuerentia obedire mandatis, & conſtitutioni incip. *Suſcepti muneris.* Clem. Papæ VIII. felicis recordationis,editæ ſuper executione Decreti 14.Trident. ſeſſ.25.contra Regulares extra ſcandaloſe delinquentes, admonemus Dominationem veſtram Illuſtr. & Reuer. qualiter fuere puniuimus fratrem N. *N.* iuxta inſtantiam Nobis factam, prout officium noſtrum exigebat, humilem facientes ei reuerentiam. Datum.

Nota, Epiſcopum eſſe de punitione certiorandum, ſi id petat, aliter non, vt bene colligitur ex ea conſtitutione. De quare plura dixi Reſolut. 68.

FORMVLA XCIV.

Celebrandi Miſſam nouam.

CVm à deputatis Patribus, qui te inſtruxerunt in Rubricis, & Ceremonijs de celebratione Miſſarum, educti fuerimus, Te ad vnguem illas didiciſſe, & eiſdem eſſe ſatis verſatum, harum

 ſerie

ſeric licentiam tibi concedimus celebrandi primam miſſam in Eccleſia *N.* de bona gratia ſui ſuperioris localis, quem nolumus tibi contradicere, rogantes te, vt pro nobis in ea ores Dominum noſtrum, Datum.

FORMVLA C.

Eximendi impotentem à choro noſtro.

REuerende Pater ſalutem. Non ſemel nobis ſignificaſti tuam infirmitatem, & impotentiam, qua nocturnis horis non potes inſeruire choro cum aliis recitando nocturnum officium, & ideo pluries nos rogaſti, vt ab onere liberaremus Reuerentiam tuam; quare attenta hac tua inhabilitate gratiam tibi facimus eximentes ab onere accedendi ad chorum nocturno tempore, exceptis officijs primæ claſſis, quibus te intereſſe multum cupimus, ad laudandum Deum. Datum.

Nota, quod exemptiones à choro raro concedendæ ſunt & non niſi ex euidenti neceſſitate, ne debitus honor Deo ſubtrahatur irrationabiliter.

FOR-

FORMVLA CI.

Licentia concionandi.

CVm Regulares ſint Coadiutores Epiſcoporum, & Parochorum in cultura vineæ Domini paſcentes in ſpiritualibus de verbo Dei animas fidelium tenore præſentium Tibi ſupradicto, de cuius vita, morib. & ſcientia ad id munus obeundum notitiam habemus, facultatem concedimus prædicandi verbum Dei, iuxta ſenſum, quem S.R.E. tenet, fidelibus, tam in noſtris, quam alienis eccleſijs, de licentia tamen eorum, ad quos ſpectat, & ſeruatis ſeruandis. Datum.

FORMVLA CII.

Pro Commiſſario delegato ad celebrandum Capitulum Prouinciale.

CVm prope ſit tempus celebrandi Capitulum in noſtra Prouincia N. in quo nos præſidere non poſſumus, alijs grauioribus negotijs, quæ nos magis vrgent, occupati, ne dicta Prouincia capite, & neceſſarijs officialibus ſeneſcat vltra par eſt, tenore præſentium Tibi admodum R. P. *N.N.* ſupradicto, de cuius bonis moribus, prudentia, &

vigilantia nobis notis in Domino confidimus; Commiſſariatus officium committimus cum ampla facultate congregandi,& cogendi Capitulum Prouinciale ad vnum ex conuentibus dictæ Prouinciæ tibi bene viſum,& ad commodum Prouinciæ circa Dominicam N. & in eo vocatis,& congregatis Patribus vocalibus, celebrare Capitulum, & dirigere electiones Prouincialis; & aliorum officialium, prout ſolet fieri in ſimilibus Capitulis, & eosdem electos, ſi digni erunt,& legitime electi, auctoritate noſtra confirmare, & alia negotia peragere, terminare, & perſoluere, iuxta conſtitutiones Summorum Pontificum, & noſtri ordinis Regulam, Statuta, & conſuetudines eiuſdem Prouinciæ, cum poteſtate rebelles, & contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, & alias pœnas compeſcendi. Datum.

FORMVLA CIII.

Pro filio profeſſo ſeruienti parentibus pauperibus.

CVm nobis à perſonis fide dignis relatum ſit, Te habere parentem valde ſenem omnibus auxilijs deſtitutum, niſi tu illi ſuccurras auxilio perſonæ tuæ. Ideo tenore præſentium licentiam Tibi N. concedimus manendi extra conuentum in domo patris tui ad illi ſubueniendum in omnibus

bus eius neceſſitatibus, cum hoc opere præſentandi te ipſum perſonaliter ſemel in menſe R. P. Priori eiusdem conuentus N. præſentibus valituris tantum per ſemeſtre inchoandum hac die N. Datum.

FORMVLA CIV.

Pro Lectore Caſuum Conſcientiæ.

CVm Theologiæ moralis de caſibus conſcientiæ cognitio neceſſaria ſit ad dirigendos actus humanos in bonum cum fuga malorum, ideo tenore preſentium Te ſupradictum N. de cuius doctrina, vita, & bonis moribus notitiam habemus, creamus, inſtituimus, & declaramus Lectorem Caſuum Conſcientiæ in noſtro conuentu N. cum poteſtate legendi caſus conſcientiæ non ſolum noſtris religioſis, qui debeant audire, ſed etiam extraneis, qui te audire voluerint. Datum.

FORMVLA CV.

Pro Tertiarijs Secularibus recipiendis ſub ſpirituali protectione.

CVm Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci ex Regula eorum illis data à S. Patre, & confirmata à Ni-

à *N*icolao IV. debeant habere in eorum Viſitatorem aliquem religioſum ſacerdotem, qui illos in ſpiritualibus inſtruat, & dirigat in viam ſalutis, cupientes in hoc eis benefacere, tenore pręſentium Te ſupradictum *N*.N. deputamus in Viſitatorem illorum ad formam prædictæ Regulę, vt illos doceas ea, quæ ſpectant ad ſalutem animarum ſuarum, eos paterno amore corrigendo, cum opus erit, recipiendo eorum nouitios ad habitum, & finito probationis anno ad profeſſionem, ad formam dictę Regulæ. Datum.

FORMVLA CVI.

Pro Lectore Philoſophiæ.

CVm tu curſum Philoſophię, & Theologię ad pręſcriptum Regulę, & conſtitutionum ſtrenue, & cum fructu perfeceris, & nos per tuos lectores concluſiones tum Philoſophicas, tum Theologicas egregie defenderis in capitulo N. cęteriſq; requiſitis eſſe munitum, certificati, tenore pręſentium promouimus perſonam tuam ad Lectorem in Philoſophia exercendum in conuentu *N*. cum onere legendi hoc triennio incipiendo à data pręſentium; pręcipientes omnibus diſcipulis capacibus huius ſcientię, vt te audiant, obediant, & pręſtent in omnibus reuerentiam, Tibi commu-

nican-

nicantes immunitates, & priuilegia, quibus gaudent ſimiles Lectores in noſtro ordine. Datum.

FORMVLA CVII.

Pro conſequenda laurea Theologia extra ordinem.

REligioſos de virtutibus benemeritos, qui ſuam iuuentutem in ſtudijs Philoſophiæ, & Theologiæ vtiliter, & honorifice traduxerunt, recognoſcere ad nos ſpectat. Quare tenore præſentium Tibi ſupradicto N. de cuius vita, moribus, & requiſitis ad lauream Theologalem informati fuimus à noſtris fide dignis, licentiam concedimus, vt in quacumq; vniuerſitate, vel ab alio facultate habente ad Magiſterium Sacræ Theologiæ promoueri valeas. Tibiq; poſtquam hunc honorificum gradum aſſecutus fueris, omnia priuilegia, gratias, fauores, & prærogatiuas, quibus gaudent alij Magiſtri in Theologia noſtri Ordinis concedimus, & communicamus. Datum, &c.

FORMVLA CVIII.

Pro Examinatoribus fidem facientibus pro examinato idoneo reperto ad confeſſiones audiendas.

EX ordine Illuſtr. & Reuer. D.D. Epiſcopi noſtri N. examinaui in ordine ad miniſtrandum Pæniten-

nitentiæ Sacramentum fidelibus vtriuſq; ſexus *N*. N. & eum inueni idoneum ad ſacras confeſſiones perſonarum vtriuſq; ſexus audiendas, ac proinde illum approbatione dignum iudicaui, ſi placebit eidem Illuſtr. & Reuer. D. D. Epiſcopo. In quorum fidem, &c. me ſubſcripſi Parmæ, &c.

Ego *N*. N. Examinator Synodalis.

FORMVLA CIX.

Hoſpitandi apud Religioſos.

VNiuerſis admodum RR. Patribus Superioribus, & Fratribus eiuſdem noſtri ordinis præſentes inſpecturis, & lecturis ſalutem in Domino.

Dicit Dominus: *Qui vos recipit, me recipit*. Tanta eſt dilectio, & caritas Dei erga hominem hoſpitio recipientem, vt beneficium, quod homo homini facit, aſſerat Veritas ipſa ſibi fieri, obſequium præſtitum peregrinati tantæ eſt præſtantiæ, & excellentiæ, quanti æſtimatur, quod Deo impenditur. Omnes Chriſtifideles præſertim religioſi, qui & Dei præcepta, & ſalubria eius conſilia præ cęteris profiteri debent in recipiendis peregrinis, maxime religioſis, omnibus caritatis officijs proſequentes.

Nos, qui cupimus, vt hæc executioni demandentur, omnes

omnes ſuperiores, & officiales noſtri ordinis in Domino hortamur, vt N. N. virum religioſum, honeſtum, probum, & de religione benemeritum, cum ſuo ſocio benigne excipiatis, & eis omnia caritatis officia, & humanitatis obſequia pręſtetis, ac ſi reciperetis me ipſum, ac quemlibet amicum vobis carum, & gratum, arbitrantes quicquid gratitudinis eidem exibueritis, Deo eſſe factum, prout in in Domino ſperamus. Datum.

FORMVLA CX.

Aggregatio Tertiariorum Secularium.

HOneſtę petitioni tuę annuendo Te ſupradictum F. Iacobum Thomam Gallum diœceſis Rotomagenſis, quem ex perſonis fide dignis virum probum, & geſtantem habitum Eremiticum Tertij Ordinis S. Franciſci nouimus, tenore harum literarum aggregamus, & connumeramus cum eiſdem Tertiarijs, communicantes omnes gratias, fauores, & priuilegia tam ſpiritualia quam temporalia ad pręſcriptum Regulę Nicolai IV. profeſſione ſemper pręmiſſa iuxta Apoſtolica priuilegia, cum facultate agendi vitam eremiticam in aliquo eremitorio à te bene viſo commendantes te, &c.

Bulla S. Officij Vrbani Papæ VIII. edita 14. Aprilis 1633. legenda in Capitulis.

SAnctiſſimus Dominus noſter ſedulò incumbens, vt ea, quę ſalubriter Apoſtolicis Decretis, & Conſtitutionibus ſtatuta, & ordinata ſunt, præſertim quæ ad Sanctum Officium Inquiſitionis contra hereticam prauitatem pertinent, inuiolabiliter obſeruentur, & omnimodam ſortiantur executionem, diſtrictè mandat, & præcipit, Vt omnes Superiores cuiuſuis Ordinis Congregationis, Societatis, etiam de neceſſitate exprimendæ Regularis, aut cuiuſuis alterius inſtituti, etiam quantumuis exempti, & priuilegiati, teneantur ſub pœna priuationis officij, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrenda, aliiſque arbitrio Sanctitatis Suæ infligendis, in perpetuum ſemel ſaltem in anno, ideſt, feria ſexta poſt Octauam Aſſumptionis B. M. Virginis in publica menſa vel in Capitulo ad hoc ſpecialiter conuocato; Et inſuper in quocunque Generali, ac Prouinciali Capitulo; Conuentu, Dieta, vel alio quouis nomine nuncupato Capitulari Congreſſu, ſuos ſubditos, ac Religioſos, commonere de iniuncta omnibus obſeruantia, & executione earumdem Apoſtolicarum Conſtitutionum, & Decretorum, ad Sanctum Officium Inquiſitionis aduerſus hæreticam prauitatem pertinentium, ac præſertim.

Iulij III. Conſtit. 11. incip, *Licet à diuerſis*. Contra impedientes Inquiſitores hæreticæ prauitatis, in eorum Officio, aut in cauſis Inquiſitionis ſe ingerentes, eorumque complices, & fauores: Et contra ipſos Inquiſitores admittentes laycos ad criminis hæreſis cognitionem. Et Pii V. Conſtit. 82. incip. *Si de protegendis*. Contra occidentes, verberantes, deiicientes, aut perterrefacientes quemuis ex Miniſtris Sanctiſſimi Officii Inquiſitionis, vel Epiſcoporum id munus in ſua Diœceſi, vel Prouincia, obeuntium, ſeù Accuſatorem; Denunciatorem, aut Teſtem, in cauſa fidei quomodocumque productum, vel euocatum: nec non contra diripientes, expugnantes, inuadentes, incedentes, expilantes, alioue exportantes alicuius prædictorum bona, libros, litteras, auctoritates, exemplaria, regeſta, protocolla, exempla, ſcripturas, aliaue inſtrumenta, ſiue publica, ſiue priuata, vbicumque poſita, eorumque complices, & fauores: & contra effringentes Carcerem, vel cuſtodiam publicam, vel priuatam, extrahentes, vel emittentes Vinctum, prohibentes capiendum, captumuè eripientes, recipientes, occultantes, ſeù facultatem effugiendi dantes, ſeù id fieri iubentes, eorumque complices, & fautores, etiam effectu non ſecuto, nullatenus excuſandos, niſi claras tantummodo probationes in contrarium adducentes: & contra Intercedentes

pro

pro præfatis delinquentibus; Inflictis contra quemlibet prædictorum pœnis, quæ damnatis ex primo capite legis Iuliæ Maeſtatis, eorumque filiis irrogantur, & oblata Reuelantibus impunitate.

Pii IV. Conſtit. 31. incip. *Cum ſicut nuper*. Contra Sacerdotes, qui Pœnitentes Mulieres in actu Sacramentalis Confeſſionis ad inhoneſtos actus prouocare, & allicere tentant, & ſolicitant. Et Greg. XV. Conſtit. 34. incip. *Vniuerſi Dominici Gregis*. Ampliatiuæ circa huius criminis probationes, & extenſiuæ contra Confeſſarios, qui perſonas (quæcunque ille ſint) ad inhoneſta, ſiue inter ſe, ſiue cum aliis, quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis confeſſionis, ſiuè ante, ſiuè poſt immediatè, ſeù occaſione, vel prætextu confeſſionis, vel extra occaſionem confeſſionis in Confeſſionario, aut alio in loco ad audiendam Confeſſionem electo, ſolicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiuè tractatus habuerint. Et contra Cōfeſſarios non monentes eos, quos ſciunt, ab alijs Confeſſarijs ſolicitatos eſſe, vt inquiſitoribus, vel Ordinarijs, ſolicitantes denuntient, vel docentes eos ad ita denunciandum non teneri.

Gregorii XIII. Conſtit. 21. incip. *Officij noſtri partes*. De Iuriſdictione Inquiſitorum hæreticæ prauitis in eos, qui ad ordinem Præsbyteratus non pro-

promoti Miſſas celebrant, & ſacramentaliter confeſſiones audiunt. Clementis VIII. Conſtit 81. incip. *Et ſi alias.* Declaratoriæ pœnæ contra eos infligendæ per Iudices laycos; præuia eorum degradatione. Et Sanctitatis Suæ Conſt. 79. incipien. *Apoſtolus Officium.* Extenſiuæ ad minores 25. annis, dummodo vigeſimum ætatis annum compleuerint.

Sixti V. Conſt. 17. incip. *Cœli, & Terra Creator.* Contra exercentes artem Aſtrologiæ Iudiciariæ, & alia quæcumque Diuinationum genera, libroſuè harum artium legentes, vel tenentes. Et Sanctitatis Suæ Conſt. 113. incip. *Inſcrutabilia Iudiciorum Dei.* Extenſiua ad alia, & cum grauioribus pœnis.

Clementis VIII. Conſt. 42. incip. *Cum ſicut.* Contra Italos, ne extra Italiam proficiſcantur ad loca in quibus liber, & publicus cultus, ſiuè vſus Catholicæ Religionis non exiſtat, minusq; eis in locis habitent. Et Gregor. XV. Conſtit. 28. incip. *Romani Pontificis.* Contra hereticos, ne in locis Italiæ, & Inſularum adiacentium quouis prætextu commorentur, & contra eorum Fautores, & Receptatores.

Pauli V. Conſtit. 26. incip. *Romanus Pontifex,* Reuocatoriæ facultatum Superioribus quorumcumque Ordinum, & Religiororum, quoquo modo conceſſarum, cognoſcendi cauſas ſuorum ſubdito-

vigilantia nobis notis in Domino confidimus; Commiſſariatus officium committimus cum ampla facultate congregandi,& cogendi Capitulum Prouinciale ad vnum ex conuentibus dictæ Prouinciæ tibi bene viſum,& ad commodum Prouinciæ circa Dominicam N. & in eo vocatis,& congregatis Patribus vocalibus, celebrare Capitulum, & dirigere electiones Prouincialis, & aliorum officialium, prout ſolet fieri in ſimilibus Capitulis, & eosdem electos, ſi digni erunt,& legitime electi, auctoritate noſtra confirmare, & alia negotia peragere, terminare, & perſoluere, iuxta conſtitutiones Summorum Pontificum, & noſtri ordinis Regulam, Statuta, & conſuetudines eiuſdem Prouinciæ, cum poteſtate rebelles, & contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, & alias pœnas compeſcendi. Datum.

FORMVLA CIII.

Pro filio profeſſo ſeruienti parentibus pauperibus.

CVm nobis à perſonis fide dignis relatum ſit, Te habere parentem valde ſenem omnibus auxilijs deſtitutum, niſi tu illi ſuccurras auxilio perſonæ tuæ. Ideo tenore præſentium licentiam Tibi *N.* concedimus manendi extra conuentum in domo patris tui ad illi ſubueniendum in omnibus

bus eius neceſſitatibus, cum hoc opere præſentandi te ipſum perſonaliter ſemel in menſe R. P. Priori eiuſdem conuentus *N.* præſentibus valituris tantum per ſemeſtre inchoandum hac die N. Datum.

FORMVLA CIV.

Pro Lectore Caſuum Conſcientiæ.

CVm Theologiæ moralis de caſibus conſcientiæ cognitio neceſſaria ſit ad dirigendos actus humanos in bonum cum fuga malorum, ideo tenore preſentium Te ſupradictum *N.* de cuius doctrina, vita, & bonis moribus notitiam habemus, creamus, inſtituimus, & declaramus Lectorem Caſuum Conſcientiæ in noſtro conuentu *N.* cum poteſtate legendi caſus conſcientiæ non ſolum noſtris religioſis, qui debeant audire, ſed etiam extraneis, qui te audire voluerint. Datum.

FORMVLA CV.

Pro Tertiarijs Secularibus recipiendis ſub ſpirituali protectione.

CVm Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci ex Regula eorum illis data à S. Patre, & confirmata à Ni-

à *Nicolao* IV. debeant habere in eorum Viſitatorem aliquem religioſum ſacerdotem, qui illos in ſpiritualibus inſtruat, & dirigat in viam ſalutis, cupientes in hoc eis benefacere, tenore pręſentium Te ſupradictum *N*.N. deputamus in Viſitatorem illorum ad formam prædictæ Regulę, vt illos doceas ea, quæ ſpectant ad ſalutem animarum ſuarum, eos paterno amore corrigendo, cum opus erit, recipiendo eorum nouitios ad habitum, & finito probationis anno ad profeſſionem, ad formam dictę Regulæ. Datum.

FORMVLA CVI.

Pro Lectore Philoſophiæ.

CVm tu curſum Philoſophię, & Theologię ad pręſcriptum Regulę, & conſtitutionum ſtrenue, & cum fructu perfeceris, & nos per tuos lectores concluſiones tum Philoſophicas, tum Theologicas egregię defenderis in capitulo N. cęteriſq; requiſitis eſſe munitum, certificati, tenore pręſentium promouimus perſonam tuam ad Lectorem in Philoſophia exercendum in conuentu *N*. cum onere legendi hoc triennio incipiendo à data pręſentium; pręcipientes omnibus diſcipulis capacibus huius ſcientię, vt te audiant, obediant, & pręſtent in omnibus reuerentiam, Tibi commu-

nican-

nicantes immunitates, & priuilegia, quibus gaudent ſimiles Lectores in noſtro ordine. Datum.

FORMVLA CVII.

Pro ſequenda laurea Theologia extra ordinem.

RElígioſos de virtutibus benemeritos, qui ſuam iuuentutem in ſtudijs Philoſophiæ, & Theologiæ vtiliter, & honorifice traduxerunt, recognoſcere ad nos ſpectat. Quare tenore præſentium Tibi ſupradicto N. de cuius vita, moribus, & requiſitis ad lauream Theologalem informati fuimus à noſtris fide dignis, licentiam concedimus, vt in quacumq; vniuerſitate, vel ab alio facultate habente ad Magiſterium Sacræ Theologiæ promoueri valeas. Tibiq; poſtquam hunc honorificum gradum aſſecutus fueris, omnia priuilegia, gratias, fauores, & prærogatiuas, quibus gaudent alij Magiſtri in Theologia noſtri Ordinis concedimus, & communicamus. Datum, &c.

FORMVLA CVIII.

Pro Examinatoribus fidem facientibus pro examinato idoneo reperto ad confeſſiones audiendas.

EX ordine Illuſtr. & Reuer. D. D. Epiſcopi noſtri N. examinaui in ordine ad miniſtrandum Pœniten-

nitentiæ Sacramentum fidelibus vtriuſq; ſexus *N.* N. & eum inueni idoneum ad ſacras confeſſiones perſonarum vtriuſq; ſexus audiendas, ac proinde illum approbatione dignum iudicaui, ſi placebit eidem Illuſtr. & Reuer. D. D. Epiſcopo. In quorum fidem, &c. me ſubſcripſi Patmæ, &c.

Ego *N.* N. Examinator Synodalis.

FORMVLA CIX.

Hoſpitandi apud Religioſos.

VNiuerſis admodum RR. Patribus Superioribus, & Fratribus eiuſdem noſtri ordinis præſentes inſpecturis, & lecturis ſalutem in Domino.

Dicit Dominus: *Qui vos recipit, me recipit.* Tanta eſt dilectio, & caritas Dei erga hominem hoſpitio recipientem, vt beneficium, quod homo homini facit, aſſerat Veritas ipſa ſibi fieri, obſequium præſtitum peregrinãti tantæ eſt præſtantiæ, & excellentiæ, quanti æſtimatur, quod Deo impenditur. Omnes Chriſtifideles præſertim religioſi, qui & Dei præcepta, & ſalubria eius conſilia præ cęteris profiteri debent in recipiendis peregrinis, maxime religioſis, omnibus caritatis officijs proſequentes.

Nos, qui cupimus, vt hæc executioni demandentur,

omnes

omnes ſuperiores, & officiales noſtri ordinis in Domino hortamur, vt N. N. virum religioſum, honeſtum, probum, & de religione benemeritum, cum ſuo ſocio benigne excipiatis, & eis omnia caritatis officia, & humanitatis obſequia pręſtetis, ac ſi reciperetis me ipſum, ac quemlibet amicum vobis carum, & gratum, arbitrantes quicquid gratitudinis eidem exibueritis, Deo eſſe factum, prout in in Domino ſperamus. Datum.

FORMVLA CX.

Aggregatio Tertiariorum Secularium.

HOneſtę petitioni tuę annuendo Te ſupradictum F. Iacobum Thomam Gallum dięceſis Rotomagenſis, quem ex perſonis fide dignis virum probum, & geſtantem habitum Eremiticum Tertij Ordinis S. Franciſci nouimus, tenore harum literarum aggregamus, & connumeramus cum eiſdem Tertiarijs, communicantes omnes gratias, fauores, & priuilegia tam ſpiritualia quam temporalia ad pręſcriptum Regulę *Nicolai* IV. profeſſione ſemper pręmiſſa iuxta Apoſtolica priuilegia, cum facultate agendi vitam ęremiticam in aliquo eremitorio à te bene viſo commendantes te, &c.

Bulla S. Officij Vrbani Papæ VIII. edita 14. Aprilis 1633. legenda in Capitulis.

SAnctiſſimus Dominus noſter ſedulò incumbens, vt ea, quę ſalubriter Apoſtolicis Decretis, & Conſtitutionibus ſtatuta, & ordinata ſunt, præſertim quæ ad Sanctum Officium Inquiſitionis contra hereticam prauitatem pertinent, inuiolabiliter obſeruentur, & omnimodam ſortiantur executionem, diſtrictè mandat, & præcipit, Vt omnes Superiores cuiuſuis Ordinis Congregationis, Societatis, etiam de neceſſitate exprimendæ Regularis, aut cuiuſuis alterius inſtituti, etiam quantumuis exempti, & priuilegiati, teneantur ſub pœna priuationis officij, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrenda, alijſque arbitrio Sanctitatis Suæ infligendis, in perpetuum ſemel ſaltem in anno, ideſt, feria ſexta poſt Octauam Aſſumptionis B. M. Virginis in publica menſa vel in Capitulo ad hoc ſpecialiter conuocato; Et in ſuper in quocunque Generali, ac Prouinciali Capitulo, Conuentu, Dieta, vel alio quouis nomine nuncupato Capitulari Congreſſu, ſuos ſubditos, ac Religioſos, commonere de iniuncta omnibus obſeruantia, & executione earumdem Apoſtolicarum Conſtitutionum, & Decretorum, ad Sanctum Officium Inquiſitionis aduerſus hæreticam prauitatem pertinentium, ac præſertim.

Iulij III. Conſtit. 11. incip, *Licet à diuerſis.* Contra impedientes Inquiſitores hæreticæ prauitatis, in eorum Officio, aut in cauſis Inquiſitionis ſe ingerentes, eorumque complices, & fauores: Et contra ipſos Inquiſitores admittentes laycos ad criminis hæreſis cognitionem. Et Pii V. Conſtit. 82. incip. *Si de protegendis.* Contra occidentes, verberantes, deiicientes, aut perterrefacientes quemuis ex Miniſtris Sanctiſſimi Officii Inquiſitionis, vel Epiſcoporum id munus in ſua Diœceſi, vel Prouincia, obeuntium, ſeù Accuſatorem, Denunciatorem, aut Teſtem, in cauſa fidei quomodocumque productum, vel euocatum: nec non contra diripientes, expugnantes, inuadentes, incedentes, expilantes, alioue exportantes alicuius prædiſtorum bona, libros, litteras, auctoritates, exemplaria, regeſta, protocolla, exempla, ſcripturas, aliaue inſtrumenta, ſiue publica, ſiue priuata, vbicumque poſita, eorumque complices, & fauores: & contra effringentes Carcerem, vel cuſtodiam publicam, vel priuatam, extrahentes, vel emittentes Vinctum, prohibentes capiendum, captumuè eripientes, recipientes, occulentes, ſeù facultatem effugiendi dantes, ſeù id fieri iubentes, eorumque complices, & fautores, etiam effectu non ſecuto, nullatenus excuſandos, niſi claras tantummodo probationes in contrarium adducentes: & contra Intercedentes

pro

pro præfatis delinquentibus; Inflictis contra quemlibet prædictorum pœnis, quæ damnatis ex primo capite legis Iuliæ Maeſtatis, eorumque filiis irrogantur, & oblata Reuelantibus impunitate.

Pii IV. Conſtit. 31. incip. *Cum ſicut nuper.* Contra Sacerdotes, qui Pœnitentes Mulieres in actu Sacramentalis Confeſſionis ad inhoneſtos actus prouocare, & allicere tentant, & ſolicitant. Et Greg. XV. Conſtit. 34. incip. *Vniuerſi Dominici Gregis.* Ampliatiuæ circa huius criminis probationes, & extenſiuæ contra Confeſſarios, qui perſonas (quæcunque illæ ſint) ad inhoneſta, ſiue inter ſe, ſiue cum aliis, quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis confeſſionis, ſiuè ante, ſiuè poſt immediatè, ſeù occaſione, vel prætextu confeſſionis, vel extra occaſionem confeſſionis in Confeſſionario, aut alio in loco ad audiendam Confeſſionem electo, ſolicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiuè tractatus habuerint. Et contra Cōfeſſarios non monentes eos, quos ſciunt, ab alijs Confeſſarijs ſolicitatos eſſe, vt inquiſitoribus, vel Ordinarijs, ſolicitantes denuntient, vel docentes eos ad ita denunciandum non teneri.

Gregorii XIII. Conſtit. 21. incip. *Officij noſtri partes.* De Iuriſdictione Inquiſitorum hæreticæ prauitis in eos, qui ad ordinem Præsbyteratus non pro-

promoti Miſſas celebrant, & ſacramentaliter confeſſiones audiunt. Clementis VIII. Conſtit 81. incip. *Et ſi alias.* Declaratoriæ pœnæ contra eos infligendæ per Iudices laycos, præuia eorum degradatione. Et Sanctitatis Suæ Conſt. 79. incipien. *Apoſtolus Officium.* Extenſiuæ ad minores 25. annis, dummodo vigeſimum ætatis annum compleuerint.

Sixti V. Conſt. 17. incip. *Cœli, & Terra Creator.* Contra exercentes artem Aſtrologiæ Iudiciariæ, & alia quæcumque Diuinationum genera, libroſuè harum artium legentes, vel tenentes, Et Sanctitatis Suæ Conſt. 113. incip. *Inſcrutabilia Iudiciorum Dei.* Extenſiuæ ad alia, & cum grauioribus pœnis,

Clementis VIII. Conſt. 42. incip. *Cum ſicut.* Contra Italos, ne extra Italiam proficiſcantur ad loca in quibus liber, & publicus cultus, ſiuè vſus Catholicæ Religionis non exiſtat, minusq; eis in locis habitent Et Gregor. XV. Conſtit. 28. incip. *Romani Pontificis.* Contra hereticos, ne in locis Italiæ, & Inſularum adiacentium quouis prætextu commorentur, & contra eorum Fautores, & Receptatores.

Pauli V. Conſtit. 26. incip. *Romanus Pontifex,* Reuocatoriæ facultatum Superioribus quorumcumque Ordinum, & Religiororum, quoquo modo conceſſarum, cognoſcendi cauſas ſuorum ſubdito-

ditorum ad Officium Sanctæ Inquiſitionis quomodolibet pertinentes.

Eiuſdem Conſtit.97:incip. *Regis pacifici.* Innouatoriæ Conſtitutionum à Sixto IV. & Pio V. de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis editarum: Impoſitionis maiorum pœnarum in tranſgreſſores, à locorum Ordinariis, & hæreticæ priuatis Inquiſitoribus puniendos. Et Gregor. XV. Conſtit. 29. incip. *Sanctiſſimus Dominus noſter auditis* Ampliatiuæ, & declaratoriæ prohibitionis aſſerendi Beatam Mariam Virginem conceptam eſſe in peccato originali.

Gregor XV. Conſt. 27. incip. *Romanus Pontifex in ſpecula.* Reuocatoriæ quarumcumque Conceſſionpm viuę vocis oraculo factarum, & Sanctitatis Suæ Conſtit. extenſiuæ ad quoſcumq; quantumuis priuilegiatos, & exemptos incip. *Alias fel. rec. Gregorius Papa XV. ſub Dat. Roma 20. Decembris 1661.*

Eiuſdem Conſt. 40. incip. *Apoſtolatus officium.* Et Sanctitatis Suæ Conſt. 114. incip. *Eo modo.* Reuocatoriæ licentiarum quarumcumque legendi, & habendi libros prohibitos.

Sanctitatis Suæ Conſtit. 37. incip. *Sanctiſſimus Dominus noſter ſolicitè animaduertens.* De Imaginibus nondum à Sede Apoſtolica Canonizatorum vel Beatificorum cum Radiis, Splendoribus, aut Laureolis, non proponendis: Tabellis, aut lumi-

nari-

naribus ad eorum Sepulchra non apponendis: eorumuè geſtis,miraculis, reuelationibus, Beneficiorum impetrationibus, non publicandis, aut imprimendis.

Pariter Sanctitatis Suæ Conſtit.50. incip. *Sanctiſſimus Dominus Noſter pro debito ſui Paſtoralis officij.* De libris vbicumque compoſitis, de quacumque materia tractantibus, ab his qui degunt in Statu Eccleſiaſtico, non trãſmittẽdis aliò,vt imprimantur,ſine Vicarii,& Magiſtri Sacri Palatii in Vrbe, vel extra eam ſine Ordinarii, & Inquiſitoris, aut ab eis deputatorum,licentia.

Et eiuſdem Sanctitatis Suæ Conſtit. ſub Dat. Romæ die 5. Nouembris 1631. incip. *Cum ſicut accepimus.* Quod Conſtitutiones Apoſtolicæ in concernentibus Fidem Catholicam,& Sanctę Inquiſitionis Officium hactenus editæ in poſterum etiam ſuper quacumque alia re edendę, omnes Regulares quomodolibet priuilegiatos comprehendant, niſi in edendis illi ſpecialiter excipiantur.

Et inſuper iidem Superiores teneantur curare, & efficere, vt huius Decreti exempla aliquo in loco apud eos publico affigantur, & affixa conſeruentur ita, vt ab eiſdem ſubditis Religioſis omnibus videri, ac legi commodè queant: Deque huiuſmodi commonitione publico documento ſtatim certiorem facere Congregationem Sanctiſ-

ctiſſimę Inquiſitionis in Vrbe, Et ita mandat, & pręcipit Sanctitas Sua.

Bulla Vrbani Papæ VIII. confirmatoria conſtitutionis de largitione munerum Clementis VIII. amborum felicis memoriæ legenda in aliqua Congreg.

NVper à Congregatione nonnullorum Romanæ Curię Prçlatorum, coram dilecto filio noſtro Antonio tituli Sancti Petri ad Vincula Presbytero Cardinali S. Onuphrii nuncupato, maiori Pœnitentiario, ac noſtro in alma Vrbe Prouicario in ſpiritualibus generali, & noſtro ſecundum carnem fratre germano, à Nobis deputata, emanauit declaratio tenoris ſubſequentis, videlicet. Cum circa interpretationem Conſtitutionis fel.rec. Clementis VIII. ſub dat. xiij. Kal. Iulii, Pontificatus ſui anno iii. de Largitione munerum Regularibus vtriuſque ſexus interdicta, nonnullæ difficultates,& ambiguitates ſint exortæ; Congregatio ſpecialiter à Sanctiſſimo D. noſtro Vrbano Diuina Prouidentia Papa viii. coram Eminentiſſimo Cardinali S. Onuphrii maiori Pœnitentiario, ac Vrbis Prouicario deputata, auctoritate ſibi attributa declarauit, & declarat munera à Religioſis vtriuſque ſexus tribui poſſe, ex cauſis gratitudinis, conciliationis beneuolentiæ, eiuſq; conſeruationis erga

ipſam

ipſam Religionem, vel Conuentum, alijſuè cauſis ex ſui natura actum virtutis, & meriti continentibus, modeſtè tamen, ac diſcretè, & dummodo id non fiat, niſi de Superiorum localium licentia, ac etiam cum conſenſu maioris partis Conuentus, ſi talis conſenſus de iure, vel ex Conſtitutionibus, ſeu conſuetudinibus cuiuſque Religionis reſpectiuè, in huiuſmodi caſibus requiratur. Conſenſum verò Conuentus in §. 3. eiuſdem Conſtitutionis ad leuiora eſculenta, aut poculenta, ſeu ad deuotionem, & religioſitatem pertinentia munuſcula largienda, &c. requiſitum, intelligi debere de conſenſu aliàs de iure requiſito, & vbi concurrit ambitionis ſuſpicio, qua ceſſante, nec in his requiri licentiam Superiorum in ſcriptis, in §. 4. eiusdem Bullæ requiſitam, ſed ſufficere licentiam, etiam oretenus eisdem conceſſam, declarat. Commeſſationes autem, compotationes, & conuiuia in excipiendis præſertim Benefactoribus, Protectoribus, vel Ordinarijs honorificè, & lautè de quibus in §. 5. & 6. eiusdem Conſtitutionis, cenſeri tantummodo prohibita, ſi decentiæ ſtatus Regularis aduerſentur. Reſtitutionem verò receptorum Conuentibus faciendam, de qua in §. 7. ibidem cautum eſt, intelligi debere de Conuentibus, ad quosdam, data donata, ſeu miſſa de iure pertinent, ſi id commodè fieri poteſt, aliàs Conuentui eiusdem Religionis viciniori loco, vbi

petita fuit abſolutio, reſtituantur. Inſuper eadem facultate ſibi tributa, omnes, qui hucuſque aduerſus ſupradictæ Conſtitutionis Capitula hic moderata largiti fuerunt, vel receperunt, à pœnis quibuſcumque in eadem Conſtitutione inflictis, & incurſis poſſe, & debere à proprijs Confeſſariis abſolui in foro conſcientiæ, etiam non facta prius huiuſmodi rerum donatarum, ſeu datarum reſtitutione. Quoad eos verò, qui præter modum prædictum grauiori Religionis detrimento largiendo, vel recipiendo tranſgreſſi ſunt, ſed ob inopiam reſtituere nequeunt, eadem Sanctitas concedit maiori Pœnitentiario, vt de præteritis vſque ad diem datæ præſentium, in foro conſcientiæ abſoluat, diſpenſet, & condonet, ſeu abſolui, diſpenſari, & condonari mandet, prout in Domino magis expedire iudicauerit. Et nè prædictæ Clementis VIII. Conſtitutionis memoria dilabatur, Superiores locales cuiuſcumque Monaſterii, Conuentus, Domus, ac Collegii Regularis ſub pœna priuationis officij, vociſq; actiuæ, & paſſiuæ ipſo iure incurrenda efficere teneantur, vt in perpetuum ſingulis annis menſe Ianuario, non ſolum prædicta Conſtitutio (quā in reliquis eius partibus eadem Sanctitas, omninò obſeruari iubet, & quatenus opus ſit innouat, quemcumque prætenſum non vſum, aut prætenſum vſum ſeu prætenſam conſuetudinem, damnando, & ir-

ritan-

Digitized by Google

ritàndo) verùm etiam hoc Decretum in aliqua publica Congregatione, vel ſaltem, in publica menſa perlegantur. Omnibus tàm Eccleſiaſticis perſonis etiam Regularibus, quàm Laicis cuiuſcumque ſint ordinis, conditionis, gradus, ac dignitatis, etiam ſpeciali nota dignis, & qui ſub generali diſpoſitione non comprehenderentur, prædictam Clementis Conſtitutionem contra præſentis Decreti tenorem declarandi, vel interpretandi facultate pœnitus interdicta, ſuper quibus Sanctiſſimus mandauit expediri Breue. Datum Romæ die 15. Septembris 1646. Qua propter vt præmiſſa firmius ſubſiſtant, & inuiolabiliter obſeruentur, quantùm cum Domino poſſumus, prouidere volentes: Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, declarationem præinſertam cum omnibus, & ſingulis in ea contentis, tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſq; inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos, tàm iuris, quàm facti defectus, ſi quid deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus, illaq; inuiolabiliter ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, obſeruari, ſicq; & non aliter in præmiſſis per quoſcumq; Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ R. E. Cardinales, etiam de

latere

latere Legatos, & quoſuis alios quacumque auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicarj, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtan. quoad ea, quæ declarationi prædictæ, & præſentibus ſunt contraria, vel diuerſa, Conſtitutione fel. rec. Clementis Papæ VIII. prędeceſſoris noſtri prędicti, ac omnibus illis, quæ idem Clemens in Conſtitutione huiuſmodi voluit non obſtare, cęterisq; contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die xvj. Octobris M. DC. XXXX. Pontificatus Noſtri Anno Decimo octauo.

Nota quod reuera non eſt legenda in Capitulis, ſi attentè eius verba de lectione perpendantur, ibi: In aliqua publica congregatione, vel ſaltem in publica menſa perlegantur.

Eſto vtraq; Bulla eſſet legenda aliquando, non tamen ſemper, dicit enim: In aliqua, *ergo non in omni. Vrget verbum* Saltem, *nempe ſufficere lectionem in menſa menſe Ianuario. Parum eſt legere, multum obſeruare.*

Cap.

Cap. VI. ſeſſ. 25. ſolitum legi ante electiones.

IN electione Superiorum quorumcumq; Abbatum temporalium, & aliorum officialium, ac Generalium, & Abbatiſſarum, atq; aliarum Prępoſitarum, quo omnia recte, & ſine vlla fraude fiant; in primis S. Synodus diſtricte pręcipit, omnes ſupradictos eligi debere per vota ſecreta, itaut ſingulorum eligentium nomina nonquam publicentur. Nec in poſterum liceat, Prouinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoſcumq; Titulares ad effectum electionis faciendę conſtituere, aut voces, & ſuffragia abſentium ſupplere. Si vero contra huius Decreti conſtitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita ſit, & is, qui ad hunc effectum ſe in Prouincialem, Abbatem, aut Priorem creari promiſerit, deinceps ad omnia officia in Religione obtinenda inhabilis exiſtat, facultateſq; ſuper his conceſſę, eo ipſo abrogatę cenſeantur, & ſi in poſterum alię concedantur tamquam ſubreptitię habeantur.

Caput ſecundum Regulæ legendum in Prouincialibus capitulis.

QVotannis res noſtras renouari cupientes, ne malę tentationes, nimia deſidia, & otia quempiam deprimant, conſulto decernimus, vt

in

in ſingulos annos (eo tamen excepto, quem frequentiſſimis Comitijs ſtatuimus, niſi neceſſitas alicuius loci etiam tunc aliud poſtulauerit) Capitulum Prouinciale in vnaquaque Prouincia, ſedulo habeatur. Quò ſe Prouincialis Vicarius, atq; illius Diſcretus; nec non Cœnobiorum Miniſtri, & Diſcreti prouinciatim conferant. Vbi vero congregati fuerint ſinguli coram Miniſtro principali, vel aliquo eius Commiſſario, officia, dignitateſq; deponant. Mox Sancti Spiritus præſidio inuocato, nouus Vicarius per nominationis ſcrutinium, vel per ſecretam electionem fabarum eligatur, aut vetus confirmetur. Hunc à maiori Capituli parte electum principalis Miniſter comprobare debeat, & teneatur, ſi verò indignum eligiſſent, tunc principalis Miniſter cum Difinitoribus eligendis alium præponere, ac eligere poſſit, & debeat. Neq; prius nouus Vicarius officio ſuo fungi poterit, quàm per ipſum Miniſtrum principalem, vel eius Commiſſarium fuerit comprobatus. Eo ipſo Vicario electo, & confirmato, quatuor Definitores eligi volumus, quibus cum ipſe Prouinciæ diſcretum, & Cœnobiorum Miniſtros eligat, fratres per Cœnobia diſponat, & mouendos moueat. Deniq; omnia vel neceſſaria, vel opportuna Prouinciæ componat, & ordinet. Si verò contingeret, vt alicui Prouinciæ Vicarius præponeretur in triennium;

ennium; is toto tempore ſui officij Capitulo præſit; habeatq; cum ſuis Definitoribus authoritatem ad ea, quæ in ſuperiori proxima particula dicta ſunt, ordinatim conficienda. Si quando etiam Congregationi expedire videretur, plures Prouinciæ conueniant, & hoc Prouinciale Capitulum, quatenus eius neceſſitas poſtulabit, more generalis habeatur.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX FORMVLARVM.

Numerus indicat Formulas.

A

ALienationis. 59.
Appellationis à ſententia condemnatoria. 52.
Appellationis à futura electione. 72.
Appellationis contra electum. 73.
Appellationis litera ad iudicem. 53.

B

Baccalaurei creandi. 16.
Benedictio corda S. Franciſci. 48.
Benefactorum filiatio. 26.
Benefactorum hoſpitandi. 63. 79.
Bibliotheca cuſtodia. 64.

Bulla

Digitized by Google

Bulla de largitione munerum declaratiua. pag. 121.
Bulla Inquiſitionis S.Officij. pag. 126.

C

Canonum ſoluendorum præceptum. 65.
Capitulo præſidendi facultas. 102.
Capituli Generalis intimatio. 67.
Capituli Prouincialis publicatio. 68.
Capituli actorum conſcriptio. 70.
Cenſum creandi. 61.
Citationis rei. 57. 80.
Citationis apoſtatæ. 58.
Commiſſionis cauſæ criminalis. 56. 78.
Commiſſarij in locum Prouincialis mortui. 30.
Commiſſarij aliorum ſuperiorum v. præſidens.
Confeſſariorum Fratrum. 18.
Confeſſariorum ſecularium. 19.
Confeſſariorum Monialium. 88.
Confraternitatis erigendæ. 47.
Congregationis intimatio. 69.
Conuentum nouum recipiendi. 60.
Corda S.Franciſci benedictio. 48.
Cuſtodis prælati. 40.
Cuſtodis ad capitulum. 41.

Deſi-

D

Definitoris electi litera. 36.
Definitoris mortui ſuffecti in locum. 32.
Delegationis cauſa. 56.
Delegatio in cauſa criminali. 78.
Diſcreti localis litera. 35.
Diſcreti prouincialis. 39.
Doctorandi extra. 14. *Intra religionem.* 13.
Doctoris collegiandi. 15.

E

Electionis nominatio. 71.
Electionis impugnatio.
Electorum litera v. Nomina eorum.
Elemoſinas quarendi. 66.
Epiſcopatum recipiendi. 92.
Examinandi ſecularem. 81.
Examinatoris synodalis. 108.
Excommunicationis monitorium. 46.
Examinatorum Generalium. 84.
Exemptio à choro. 100.
Exorcizandi. 90.

F

Filiationis nouitij. 2.
Filiationis benefactorum. 26.

Generalis

Digitized by Google

G

Generalis electi litera. 27.
Generalis capituli publicatio. 67.
Generalis capituli Præſidentis litera. 44.
Generalis capituli acta regiſtrandi. 70.

H

Hoſpitandi benefactores. 63. 79. & 109.

I

Illegitimos diſpenſandi. 93.
Itinerandi licentia. 11.
Imaginis ſacræ oſtendendæ. 77.

L

Lectoris inſtitutio. 12. *Caſuum conſcientiæ.* 104. *Philoſophiæ.* 106.
Legatum miſſarum recipiendi. 25.
Legendi ſuper infirmos. 90.
Librorum imprimendorum. 23.
Librorum approbatio. 24.
Locumtenentis. 43.
Locumtenentis mortui, ſeu remoti. 45.
Ludorum prohibitio. 87.

M

Magiſtri creandi. 13.14.& 107.
Manendi extra. 62.
Miſſam nouam celebrandi. 94.
Miſſarum onera recipiendi. 25.
Miſſionis ad ſidem propagandum. 83.85.
Monitorium excommunicationis. 46.
Mutatio ſtantiæ 10. *pro ſtudente.* 95.
Mortuorum officialium loco ſuffectorum litera. 45. *Comiſſarij, Prioris, Prouincialis, &c. Præſidentis, vide etiam ſub his verbis.*

N

Nouitiorum receptio. 2.
Nouitij tranſmiſſio ad nouitiatum. 3.
Nouitij veſtiendi licentia. 4.
Nouitij deſcribendi in libro. 5.
Nouitij profeſſio. 6.

O

Ordinum minorum licentia. 8.
Ordinum maiorum licentia. 9.

P

Patri pauperi ſeruiendi. 103.

Parochi licentia 20. 75.
Peregrinandi 11. *ad Vrbem pro Iubileo.* 97.
Prædicatoris inſtitutio. 21. 101.
Pædicatoris miſſio. 22.
Præſidentis capituli. 44.
Præſidentis mortui Prioris. 31.
Præſidentis remoti. 45.
Prioris literæ. 29.76.
Procuratoris Generalis. 38. *ad cauſas, & lites* 82.
Proceſſus contra particularem ex viſitatione. 50.
Proceſſus ad inſtantiam partis. 54.
Profeſſionis deſcriptio in libro. 5.
Profeſſionis extractio. 7.
Profeſſorij erectio. 86.
Prouincialis literæ. 28. *Titularis.* 1.

R

Règentis literæ. 17.
Renunciationis officij. 34.
Reliquias oſtendendi ritus. 77.

S

Secretarij Generalis literæ. 37.
Secretarij mortui ſuffectio. 32.
Sententiæ condemnatoriæ. 51.
Sententiæ abſolutoriæ. 55.

Solu-

Solutionis debitorum. 75.
Studentis litera. 74.

T

Tertiarios recipiendi. 105. & 110.
Teſtamenti executor. 89.
Tranſeundi ad ſecunda vota.
Teſtificandi extra. 96.

V

Vicarij electi in capitulo. 42.
Viſitationis formula. 49.

Finis Indicis.

Digitized by Google

Digitized by Google

FINE

Digitized by Google